


July 33.5


AM 31



at. 188



1844/191



EPISTOLA SIVE ORATIO PII IN CONVENTU Mantuano.

PII SECUNDI PONT. MAX. DE CONVENTU MANTVANO
EPISTOLA SIVE ORATIO PRIMA.

Ius episcopus seruus seruorum dei uniuersis & singulis Christi fidelibus has nostras litteras in specturis salutem & apostolicam benedictionē. Vocauit nos pius & misericors deus ad sacram beati Petri sedem: uicesq; dilectissimi filii sui domini nostri Iesu christi debilibus humeris nostris

cōmisit in terris: pasturam gregis sui credidit: & alto fluctuātem pelago fidelis populi regere nauiculam iussit. Grauis hæc nobis sarcina est: nec nostræ uires sunt: quæ tanti regiminis ferre molē sufficiant. Procellosum est ualde mare atq; infestum: per quod nobis nauigandum est. Nutat & fatiscit carina: qua uehimur. Trepidant ac deficiunt remiges: uentiq; aduersi sunt: & inhorrida tempestate iactamur. Nam postea quam Constantino principe pax redita est ecclesiis: nunquam dominici gregis ea pressura fuit: quā modo cernimus: nunquam adeo coartatos catholicæ fidei limites superior ætas uidit. Exiit olim in omnem terram sonus apostolorum & in fines orbis terræ uerba eorum. Subiecerunt omnes reges terræ: omnes tribus: omnes populi colla sua Christo domino: & salutaris fidei sacramentis imbuti gloria in excelsis deo per unigenitum filium eius: & in terris pacem bonæ uolūtatis hominibus acclamauere. Surrexit deinde ānos iam supra octingentos Pseudo propheta Mahumetes in Arabia. qui blasphemans sacratissimam trinitatem: non solum cōtribules suos: sed ægyptios atq; omnem Syriā a uera & orthodoxa religione auertit: officinam nostræ salutis: in qua deus noster pro nostra redemptione pretiosum sanguinem fudit: barbarus hostis inuasit: lectum illum purpureum & suauissimis fragratem odoribus: in quo propter nos uita nostra obdormiuit i domino: spurcissimæ sarrhacenorum manus obtrectauere atq; obtrectant: & quæstus tantam causam christianis ostendit. recuperauit ea sancta loca christiana uirtus aliquando zelo fidei atq; armis potens: mox desidia atq; ignauia perdidit. Paulatim deinde: omnis Asia ē amissa: & Libyæ populi defecerunt ecclesiæ pulcher



*Optimologia del Angel de car meht ay de se calco, de se co
era sel a libeni a de lura de de qd in p r l a s t e u l e g i a n t*

2090

rimæ: quæ inuocabāt dominum nostrum Iesum christum: illiq; psalmos dies noctesq; decantabant: nunc horridum atq; ab hominādum Mahumetis nomen implorant: & relicto ueri dei cultu nefandis imbutæ sacris oscoenis inseruiunt cærimoniis. Transmissū est & Gaditanū fretum: & ad hispanos usq; Mahumetis penetra uere uenena: magnaq; pars bethicæ a nobis aliena ē: i qua regnū san haceni obtinent: quod granatæ uocāt: nomini christiano appri me infensum: ex altera parte qua uersus orientem Europa porrigitur: non potuit mare christianā religionē tueri. Barbara turcorum gens deo atq; hoibus odiosa ex orientali Scythia progrediens Cap padociam: Pontum: Bithiniam: Troadem: Pisidam: Ciliciam & oēm quā uocant minorem Asiam occupauit. Neq; cōtenta his impotē tia & dissensionibus græcorū freta Hellespontum transiuit: oēsq; ferme græcanicas uibes Atticæ: Boetiæ: Phocidos: Achaia: Macedo niæ & Thraciæ occupauit. Restabat regia uis Cōstantinopolis to tius orientis columē atq; caput: Patriarchalis atq; imperatoria se des: unicū græcæ sapientiæ domicilium: ubi tot magnificētissima tēpla: tot sacraria: tot palatia principū: tot nobilissimæ ciuiū ædes olim fuere: tot publica & priuata opa sumptu singulari industria constructa: ut exteri eo uenientes admirati splendorē urbis nō tā mortalium q̄ cælestium eam esse patriam dixerint: hanc quoq; die bus nostris dū latini inter se diuisi græcos deserunt: Turcorū cru delissima natio inuasit: expugnauit: expilauit: scædauit: deq; ea ur be triūphauit: quæ toti orienti leges dedit. Pelopōnesus quoq; hac uibe deuicta armis capta est: Christianus populus in seruitutē du ctus. Acarnania nunc uastatur & Epyrns. Seruia quæ quondā supe rior Mysia dicta est: paucis exceptis oppidis: in potestatiē hostium uenit. Eoīnenses siue Illyrici: & Dardani: & Peones tributa turcis pendunt: neq; hoc mō quiescit effærata turcorū rabies eiusce gētis ceminus: tetra potius bællua q̄ rex appellādus: uirotissimus draco potius dicēdus q̄ impator sanguinē humanū sitiens coactis ingē titibus cepiis inde hungaros urget. hinc Epirotas Albanosq; uexat: & u mens opinione sui sacrosanctū euāgelium oēmq; christi legē eueritq; se iactitat. Christianis uero ubicunq; fuerint uincula uer bera cædes & horribiles cruciatus minatur. non dormit hostis hu

mani generis : sed circuit quærens quem deuoret . hinc turci pre-
 mūt. inde insultant Sarrhaceni. Christiani Principes: quibus Turci
 nulla ratione pares esse possent: inter se discordes suas potius iniu-
 rias: quam christi contumelias ulcisci contendunt: & priuatas uti-
 litates præferūt publicis: alii marcentes otio deliciis indulgēt: alii
 cumulandis opibus inhiant. neque sacerdotes: neque populares sa-
 tis suum officium faciūt: cultus diuinus ubique imminutus est :
 neque superiores uirgam iusticiæ rectā tenent. neq; inferiores obe-
 dientiæ colla sūmittunt . Confusa omnia & turbata sunt. Blasphematur
 passim diuina pietas: & in mandatis suis : contemnitur de-
 us. nullus timor: nulla reuerentia legum. Hinc nobis iratum cæle-
 ste numen prosperari aduersus nos Turcorum arma permittit: &
 qui reliquis gentibus imperare solebant : christianos infidelibus
 barbaris tributarios uectigalesq; fecit . Ad hæc nos tempora uoca-
 ri sumus: ut his malis obuiemus : in romano solio collocauit nos
 deus. Difficilis sane prouincia cōmissa est nobis Scimus imbecilli-
 tatē nostram: & sub tanto dignitatis pondere mirum in modū tre-
 pidamus: non tamē deficimus animo: nec de cælesti misericordia
 desperamus: sed quanto inferior est nostra uirtus: dignitate credi-
 ta: tātō maius ex alto auxiliū præstolamur. Et si enim inscrutabilia
 sunt magni dei iudicia: & iuestigabiles uix eius: nec potest huma-
 na curiositas eius archana pertingere: il'ud tamen exploratissimū
 est: ueritatem nostrā: quæ christus est: nō posse mētiri: extant eius
 oracula: & in euangelio sancto certa promissa quibus futurum se
 dominus usq; ad consumationē sæculi cum suo grege testatus ē:
 confidimus ī eius præsentia: quia recta uadētibus nō deerit cælū
 & terra transibunt: uerba eius promissaq; nunquam deficiēt: neq;
 a lege sua præteribit unus Apex. Fluctuat sæpenumero apostolica
 nauis: sed non demergitur: concutit̃: sed non frangitur. oppugna-
 tur: sed non expugnatur. temptari sinit deus electos suos: uici nō
 sinit: ob eam rem quāuis tempestate nostra turbidum ecclesiæ sta-
 tum inuenerimus naufragosumq; . nimis circa fidele nauigiū ma-
 re non tamen fiducia deest: quin eo iuuante: qui de suis thesauris
 producit uentos: & illis imperat: atq; mari salutis portū pertinge-
 re ualeamus: non possumus certa de futuris polliceri: quæ diuina

IN CONVENTU

maiestas cæca caligine occuluit. Illud nobis fas est præmittere & palam
 prædicare: quia non derelinquit deus sperantes in se. Extant in sacris
 litteris exempla pœne innumerabilia spem nobis optimam pollicentia.
 Præterimus mirabilia facta Moysi: & qui ei successit Iosue. Trāsi-
 mus Gedeonem: Yeptam: Sampsonem: & quos libri iudicum memorant:
 parua sæpe manu innumerabiles hostes fuisse cum ad diuinum confu-
 gissent auxilium. Adolescens David aduersus ferocitatem Goliath ma-
 nus diuina nequaquam destituit. Ezechiae regi obsidionis mala ferenti
 non defuit angelus domini: qui Senacharib potentissimi regis truci-
 daret exercitum. Conclusos in parua Bethulie ciuitate iudeos apud
 superbum Olofernem per manus pauperulae uiduae tutatus est domi-
 nus. Machabei quoque sæpe deleuerunt numerosas Antiochi copias:
 quamuis essent ipsi paucissimi & inermes: affuerunt in domino confi-
 dentibus diuina præsidia. Non est abbreviata manus domini: quibus no-
 stra peccata creuerunt: quæ oculos eius a nobis auerterunt: propter pec-
 cata nostra euenerunt nobis mala: scelera nostra nos odiosos fecere:
 iniquitates nostræ pessundauere nos. Aggrauata est manus domini su-
 per populum peccatorem: & tradita est flagellis christiana superbia: mo-
 re suo agit nobiscum deus: quos diligit corrigit atque castigat: pater-
 na hæc sunt uerba: emendationem magis quam poenam exigentia.
 Quod si reuertamur ad clementiam eius emendant opera nostra &
 dolentes super iniquitatibus poenitentiam faciamus mutabit & ipse de-
 sententiam suam & furor: quo erat in nos accensus in amorem & gratiam.
 Nunquam sua misericordia implorantibus denegat: propitius est ad ueni-
 am dominus: neque nos æqua læce cum Turcis expendit. Nos filii
 adoptiui: illi emancipati, nos suæ ciuitatis ciues: illi hostes, nos intra
 ecclesiam: illi extra nos sacramenta sua recipimus: illi contemunt.
 nihil nobis obstat: nisi quod in diuina lege negligentes humana uic-
 timur fragilitate ad peccandum proni: sæpe timorem dei postpōi-
 mus: neque ut obligati sumus: diuina præcepta seruamus. Quod
 si conuertamur: & corde simplici dei misericordiam imploremus
 non est dubium quin secunda omnia nobis fiant: & reconciliatus
 nobis dominus super hostes nostros furorem suum extendat. Fa-
 ctum est periculum superioribus diebus: nam cum intrasset hun-
 gariam Turcorum ductor in manu potenti & numerosissimo pe-

ditum equitumq; exercitu: & confideret in potentia sua: cunctaq; profternere non dubitaret: pauci tunc cruce signati & inermis ac nudi sola fide armati & cælesti muniti præsidio tantū exercitum de leuere: quod sperādum fuerit: si conuenientes in unū christiani principes pro defensione catholicæ fidei concorditer arma capessant. Non est tanta Turcorum potentia: quanta uulgo creditur: nec pares illorum uires nostris existunt: quippe numero militum robore splendoreq; armorum & rei bellicæ peritia christiani semp superiores fuere quam Turci. Quod si aliquando nostri exercitus uicti sunt: diuina magis permissione id actum ē propter delicta nostra: quam uirtute hostium: nec unquam illis incruenta uictoria euēit: nec nostri totis uiribus: ut illi pugnauerunt: sed pauci ex nostris aduersus omnem illorum potentiam cōmisere certamen: & tamē sæpe felicem exitum inuenere: quemadmodum pauloante in hungaria contigisse rettulimus. Et nunc ergo si oculos nostros dirigamus ī cælū: si renūciātes nequitix clipeum fidei sumentes aduersus hostes uiuificæ crucis cum bona fiducia militauerimus: exaltabit dominus uexillum suum: faciet nobiscū signum in bonū: & uictoriam dabit in manu nostra: nec ultra pmittet christianis imperrare turcos. Hac nos spe ducti & aiati quæ prædecessores nostri p defensione catholicæ religionis aduersus turcos cæterosq; barbaros christiani nominis hostes inchoauerunt: totis conatibus profequi decreuimus: & adiuuante altissimo cōplere ac p̄ficere confidimus. Nam & si fuit illis prudentia maior: consilium perspicacius: experientia diuturniorum: desyderio tamen ac feruore tantæ rei nulli eorū cedimus. Deus qui tribuit uoluntatem bene agēdi potestatem: profequendi pro sua benignitate non denegat. Bellū aduersus turcos terra mariq; nostri prædecessores indixere: hoc nunc gerere nostræ est: neq; detrectamus laborē: nec sumptus fugere aius est. Nihil erit in potestate nostra: quod in expeditionē tam sanctā tam utilem: tam necessariam recusemus profunderē: nec nobis expensæ graues erunt: nec tædiosi labores. Verū quia rem magnam sumus aggressuri: & cā cōmunis ē: quā profeqmur. Agit enim de tutela christianæ fidei: ī qua oēs renati sumus: & sine qua saluari nō possumus: necessarium nobis uisum est: quod cōmunibus opi

IN CONVENTU

bus atq; uiribus est agendum: id cōmuni cōsilio tractandum esse.
 Voluētes igitur animo & sedula meditatione pensantes quo nam
 pacto christianæ uires ad decernendum tam utile bellum in unū
 coire possit: nullam expeditiorem uiam reperimus: quam si cristia
 nos principes: ac potētatus in unū aliquem locum conuocemus: ī
 quo cum ipsis aut eorum oratoribus pleno mandato suffultis per
 nos ipsos conueniamus: ac de tali expeditione tractemus: & tandē
 aliquid christiano dignum nomine concludamus. Cogitātibus au
 tem de conuentionis loco duo nobis occurrunt uix trium dierum
 itinere inter se distātia: quæ pēsatis rerū ac tempoz conditionibus
 satis opportuna esse uidentur: Mátua scilicet ad Mincium sita flu
 uium haud procul a lacu Benaco & Vtinum in agro foroiulensi
 Nam Mátua uicina montibus qui Galliam & germaniā ab italia
 distermināt: eum situm habet: ut facile transalpini Prīcipes & Ita
 liæ potētatus eo se conferre possint. Ampla insup ē urbs & rerū
 abundans: quæ ad usum humanū sunt necessaria. Vtinum quoq;
 insigne oppidum est & magni populi capax fertilitate circumiacē
 tis agri & maris uicinitate ad conuentus aptissimum celebrandos
 rei etiam: quæ tractanda est: commodissimum: nā qui ex Italia con
 tra Turcos terrestri profecturi sunt itinere: his forumiulii primū
 occurrit. Galliarum quoq; & hispaniarum gentes: ac Rhenani &
 Theutones hac iterum in eandem expeditiōem haud incōueniēter
 habuerit. huc accedit: quod hungari: de quorum salute potissime
 est agendum: sunt enim præcipui qui tempestate nostra Turcorū
 uexantur armis: & murum se pro nostra religione cōstituunt: ab
 hec oppido non procul absunt: facileq; conuentui christianorum
 ibidem celebrando suas necessitates exponere poterunt: & deinde
 consolationem opportunius commodiusq; præcipere. Nec carissi
 mo in christo filio nostro Frederico Romanorum Imperatori sem
 per Augusto difficilis in eum locū transitus fuerit: si quemadmo
 dum de sua in commune bonū optima uoluntate confidimus: eo
 trāsferre sese uoluerit: cū paterna eius dominia Foroiulensis terri
 torio cōtigua sint. Volētes ergo cum diuīa ope: sicut ex debito pa
 storalis officii sumus obnoxii: christianæ plebis saluti cōsulere: ac
 p̄ tutela nostræ religionis undiq; auxilia præsidiaq; contrahere de

consilio & assensu uenerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium in altero ex locis prædictis ad proximas Kalendas Iunias pro capienda in hac re defensionis fidei communi deliberatione inter nos & cunctos christi fideles: qui principatu aliquo notabili potiuntur: conueniendi diem constituimus: & harum serie cõstitutam esse decreuimus. Vniuersos igitur & singulos carissimos ac dilectos in Christo filios nostros romanũ Imperatorem præfatum cæterosq; Reges: & Principes ecclesiasticos: & seculares: Duces: Marchiones: Comites. Communitates quoq;: quæ suis legibus uiuunt: & ad defensionem fidei aliquid præsidii afferre possunt: per uiscera misericordiæ dei nostri Iesu Christi obnixe hortamur: requirimus: & monemus ut ad præfixam diem in altero dictorum locorum per seipsos: si aliquo mō queant: sin autem per legatos suos uiros graues & auctoritate insignes ac plena potestate munitos prorsus adesse curent: & festinent: nec domi remaneant: nisi necessitas inuitabilis urgeat: sed nostræ potius sequantur exemplum. Nos euim ne qd ad res bene gerendas ex latere nostro desit: quæ ualde necessaria sit nostra præsentia in urbe roma: nec possimus sine magno incõmodo nostro & terrarũ Romanæ ecclesiæ subiectarum damno & piculo in alienas migrare prouincias: quæ tamen pluris facimus catholicæ fidei defensionem quàm ecclesiastici patrimonii tutelam: & spiritualia præponimus tẽporalibus relinquere ad tẽpus almã Romam nostramq; sedem & carissimã sponsam decreuimus: atq; in die præsignato aut Mantuæ: aut Utini concedente altissimo cõstituemur: nec recusabimus alia quæuis onera supportabilia nostris humeris: quæ ad psecutionem tam sancti & necessarii opis nobis & his quæ ad constitutam diem cõuenerint: expedientia uisa fuerint aut quomodolibet opportuna. Neq; enim nos sumus: qui pro rebus catholicæ fidei benegerendis pro tutanda religione: pro magnificando nomine christiano aut sumptus formidemus aut labores. Faxit tantum diuina pietas: ne pio desiderio nostro præstemur impedimentum: quando ea mens nostra est: id stabile propositum ac certum: quod eius incõmoda: quod eius picula peruenire: ut necessitati orthodoxæ fidei cum dei honore: & christiani populi salute quæque cõsulimus. Datũ romæ apud sanctum Petrum. Anno incarnationis dominicæ Mille

CANONIZATIO

simo quadringentesimo quinquagesimo octauo. Tertio idus octobres Pontificatus nostri Anno primo.

Pii Secundi Pont. Max. in uitam & canonizationem beatæ Catherinæ Senensis epistola siue oratio Secunda.

Ius episcopus seruus seruorum dei uniuersis Christi fidelibus salutem & apostolicam benedictionem. Misericordias domini: quas in dies largius experimur: non satis explicare potest lingua mortalis: uincunt humana eloquia diuina beneficia: nec homini datum est creatorem suum abunde collaudare: nec si oēs artus uerterentur in linguas: quando ex nihilo creati de non esse producti sumus in esse: nec uel lapides: uel plantæ: uel animalia bruta: sed rationis participes diuinorumque capaces effecti sumus: ac non solum angelis: sed ipsi quodammodo inuisibili & excelso deo similes gloria & honore coronati super oīa opa eius impio potiti. Verum si nos ipsos rebus cæteris cōparemus: nulla creatura magis ingrata reperta est quā homo. Si luciferi & sociorum eius superbiam præterimus: solus inter creata rebellis deo & ingratus hō est. Reliqua cōtia diuinam pietatem in suo esse collaudāt: nec eius unquam præceptis aduersantur: naturæ legibus parent: & ea peragunt ad quæ producta sunt. Terra aratrum patitur: & suscipiens sæmina tanquam sub usuris multiplicata reddit: & impio dei obediens culta atque inculta humano generi consulit. Saxa in ædificiorum usum recepta præsto addunt: nec scissa uel excocta resistunt: fructificant arbores in agro uirentes: & posteaquam aruerunt: aut ignem nutriunt: aut ædes tectaque sustinent. Quanta herbarum siue in foliis: siue in radicibus siue in floribus: siue in sæminibus: siue in succis inest utilitas: quanta in fluitibus cōmoditas: quanta in lacubus ac maribus: quæ dum nauigia subeunt: inter remotissimas gētes cōmertia præstāt. Quid aīalia cætera siue aquatica: siue terrestria. In oībus laudat deus: dum naturæ iussa capessunt. Elementa & sydera faciunt imperata. Sol peragitur cursum suum. Nec præscriptas Zodiaci metas excedit: nec alieno lucens lumine suo muneri luna deest: nec errantes errant stellæ certum semper & statutum iter agentes. Omnia in cælo & in terra laudant deum: & in officio manentia benedicunt ei. nec legi

BEATAE CATHERINAE.

resistunt impositæ. grauiâ deorsum cadunt. leuia sursum feruntur. Cuncta gratitudinem ostendunt diuinitati: deo parent atq; naturæ. Solus homo ingratus inobediens ac rebellis inter tot creatura reptus est: pueri angeli ruinâ inuitatus. Ille in cælo supbiens creatoriq; similis esse cupiens in abyssum præcipitatus meditati sceleris pœnas dedit: Homo de limo factus & in terra positus suæ ibecillitatis immemor: & ipse quoq; alia cupere cœpit: qui de ligno uescens prohibito per boni & mali cognitionem æqualitatem cum diis optauit: propter quod de paradiso deliciarum eiectus in multas aëras datus est: & porta regni cælorum clausa mors introiit in orbem terrarum: quæ nulli homini parceret: quantum filii Adam ante diluuium aberrauerint: & quæ procul a diuina uoluntate recesserint. secuta ultio patefecit: quæ omnem carnem aquarum inundatione deleuit. Ea excepta: quæ cum pio Noe in arca saluata est. Cæteris neque in filiis eius nequitia ac perfidia defuit. Mali gnati & ipsi sunt & in omne prolapsi nefas. Turris babel in contumeliam domini cepta est: & ibi labium uniuersæ terræ diuisum. Ab his bella introducta sunt: Rapinæ: tumultus: incēdia: cædes: adulteria: stupra: & Idolorum cultus: & quicquid malorum libido ac supbia gignit. paucissimi usque ad Habrahā reperti sunt diuinæ legis amatores. Ille uero unicū certūque pietatis exemplū adeo uoluntati dei sese summisit: ut propriū filiū imolare non dubitaret: propter quod in semine eius benedictæ sunt omnes gentes: ex cuius liberis non solum prophete orti sunt diuinæ legis prædicatores: sed ipse quoque saluator christus secundū carnem nasci dignatus est: qui pro salute humani generis cum in forma dei esset æqualis patri: exinaniuit semetipsum formam serui accipiens: & homo factus tædia carnis subiit: tormenta & cruciatus pertulit: & ad extremam mortem non secundū naturam: sed ignominiosam: sed uiolentam: sed acerbissimam & uix homini tolerabilem in ligno crucis sustinuit: in quo moriens mortem nostram destruxit: & uitam reparauit. Dispoliauit inferos. abduxit sanctos patres. & uictor mortis ac diaboli triumphator cælum iam longo tempore clausum aperiens ascendit ad patrem. nobisque uiam ostendit: per quam sequi eum possemus. Euangelica lege tradita & baptismo cæterisque sacramentis apertis: per quæ lapsi repararentur: & saluarentur. Nec tamen tot tantisque alleccta beneficiis nostra proteruitas ac maligni

CANONIZATIO

tas conquieuit: nec gratum exhibuit animum: nec uitia deseruit homo: sed quo maiori præuenti sumus munere gratiarum: eo magis ingrati reperimur & ad illicita procliuiiores. Nam quo modo sublimem diligimus. aut honoramus deum. quo modo eius mandata seruamus. quis sacrosancto euangelio paret? quæ subiectio erga superiores? quæ caritas erga inferiores? quis æquitatis? quis iusticiæ cultus? quæ religio? qui mores hominū? Sunt: qui dicunt in cordibus suis non est deus: alii impia efferunt dogmata: & blasphemias in deum cudunt. alii uoluptatū serui: nil aliud cogitant: nisi quo modo libidines suas expleant. Illi opibus inhiant alienis. illi humanum sanguinem sitiunt. Rara innocentia est ea: quæ parum tuta. Neq; propinquitatis iura profunt: neq; scriptæ aut sanctæ moribus leges: uiribus ac fraudibus cuncta obediunt. Ita ut neq; ab re princeps mundi huius appellatur diabolus: quādo pars orbis maior eius arbitrio ducitur: Nam quātum est: quod pseudo prophetæ Mahumetis insania possidetur? Orientis præcepta portio: & Africæ maxima regna: & in hispania granatenses: & in græcia multæ prouinciæ sub Mahumete Christum blasphemāt. Nec parua est iudæorum natio per orbem terrarū late dispersa sancti euangelii & christianæ legis inimica. Nec desunt in septentrione atq; in oriente cultores idolorum. In angulum europæ christianitas redacta est. Nam quanuis per Asiam aclybiam christiani non pauci dispersi esse ferantur: non tamen illoꝝ sincæra est fides: qui procul ab apostolica sede inter infideles habitantes & cum hereticis cōmunicantes improba quædam sapiunt: & multis erroribus scatent: nec christiani: q̄ sunt in Europa: tam re q̄ nomine christiani existunt: adumbrata & ficta est multoꝝ religio sicut opera ipsa manifestant. Nam quotus est: qui digna christiano faciat opera: a fructibus eorum cognoscetis eos inquit in euangelio dominus. Si uiuimus: ut Christus iubet: christiani sumus. Iohannes apostolus eius filios esse homines asserit: cuius opera faciunt. Si dei mandata seruamus: dei proculdubio filii sumus: Sin diaboli: ad eum pertinemus dicente domino: Vos ex patre diabolo estis: dura sententia: & tamen uera. Illius quisque filius est: & ad eum pertinet: cuius mandata sectatur. Quantum autem ingrati chr̄i

BEATAE CATHERINAE.

stiani a diuinis præceptionibus procul abierint: & quâ tum diaboli-
 cis suggestionibus adhæserint: p se se quibus intelligit. Interroget
 quisque conscientiam suam: & retroactam ante oculos mentis ui-
 tam collocet: & quantum ab officio ueri christiani recesserit: palâ
 cognoscet: quæ cum ita sint: maxima est summi dei benignitas: &
 incredibilis misericordia: quæ nos tollerat: & uiuere sinit: expectâs
 ut aliquando conuersi redeamus in uiam. Sed inuenti sunt in om-
 ni ætate non nulli deo placêtes uiri sancti: qui uiuentes in carne
 desyderia carnis uicerunt: & cælestem in terra uitam egerunt: quo-
 rum meritis & intercessione sustentata est mundi machina: & cõ-
 minatus ignis retentus: & ira dei ultioq; suspensa. nec dubitamus
 quin hodie quoq; aliqui sint accepti deo: quorum preces cælestē
 nobis regem placatum benignūq; reddant. Inter alios autem qui
 deo placuerunt: & diuinam nobis clæmentiam placauerunt: urbs
 Senæ iter Etruscos nobilis ætate nostra Bernardinum aluit: qui
 qui nobili loco natus in adolescentiæ flore mundo renunciauit: &
 ingressus beati Francisci religionem cum fratres sui ordinis pcul
 abisse ab institutis: & regula patrum repperisset: eos acriter corre-
 xit: & cum eos omnes in uia reducere non posset: sequestratis plu-
 ribus: quibus regulam seruare placuit: cum his cœnobia frequen-
 tauit. quæ multa de nouo erexit: & sanctissimis institutis reforma-
 uit. Circuit Italiam prædicando. uitia fulminauit. uirtutes erexit.
 mira eius abstinentia fuit: mira integritas: moderatio: grauitas:
 eloq; multa suauitas: multa doctrina. Et quoniam uerus erat pau-
 pertatis cultor: hostis pecuniæ & omnium deliciarum inimicus:
 Semper in eius uultu ingens alacritas enituit: & in mente sum-
 ma quies: ut qui sola innocentia gaudebat. Nullius sibi conscius
 criminis scandalis compluribus in Italia obuiauit: & multa mira-
 cula ppetrauit: propter quæ adhuc uiuens sanctus habebatur: &
 miro plebium colbatur honore: nusquâ sine populi frequentia &
 singulari reuerentia receptus: qui cum apud Aquilam Marsorū ur-
 bem huius uitæ cursum pegisset a Nicolao quinto prædecessore
 nostro ipso Iubilæi anno cū christianus orbis ad expugnandas ui-
 tiorū sordes frequēs urbē inuiseret: inter sanctos christi cõfessores
 relatus ē. Fuerat & in ætate superiori parentū nostrorū memoria in

Saint Bernardin

CANONIZATIO

iua
 eadem urbe & in sexu foemineo uirgo Catherina non minoris me-
 riti nec minus accepta deo: cuius preces in conspectu praecelsae di-
 uinitatis humano generi admodum salutare: & olim fuisse: & nunc
 esse: & in posterum fore non dubitamus. Nam sicut peccata ma-
 lorum hominum ac blasphemiae iram dei super nos prouocant: ita
 & sanctorum opera rogaminaque auertunt. Verum Catherina quanuis
 angelicam in terris uitam egerit: & ante annos octoginta decedens
 ad caelum migrauerit: multisque signis & gloriosis miraculis claru-
 erit: Non tamen adhuc inter sanctas Christi uirgines a militanti
 ecclesia recepta erat. Neque enim Romani pontifices: qui ante nos
 fuerunt: id decreuerant. Voluerat Urbanus Sextus hunc ei honorem
 impertire: & post eum Innocentius Nonus: ac deinde Gregorius
 Duodecimus: qui huius uirginis & sanctae conuersationis eius praeci-
 puam habuere noticiam. Sed uexati perturbatione scismatis: quod
 eorum tempore uiguit: & multis bellorum turbinibus ac molestiis
 agitati diuino (ut credimus) consilio id omiserunt: ne saeuiente di-
 uisionis procella quod sanctum una obedientia decreuisset: profa-
 num altera censuisset. Dilata est res usque ad tempora nostra: nobisque
 huius facerrimae uirginis canonizatio reseruata tanquam conter-
 ranearum nostrarum atque conciuis: ut Senensis uirginis sanctitas decreto
 senensis hominis in Romana sede sedentis prodiret in lucem. In
 qua re non imus inficias affectum nos aliquem sanctum & pium
 traxisse. Quis est enim: qui suae urbis praeconia: suae patriae lau-
 des: sui generis uirtutes non libenter uulgari procuret: cum id possit
 & rite & honeste facere? Excellens facta: & illustres uirtute hoies
 in omni genere & in omni parte orbis nemo est: qui non cupide
 uideat. Libentius tamen & maiori cum iucunditate sua in patria:
 & in sua gente. Et si nos quidem beatae Catherinae sublimes dotes:
 nobile ingenium: diuinam mentem: sacratissimam uoluntatem in
 omni natione quam laetissimi uidissemus: laetiores tamen in urbe Senen-
 si: quae nos genuit: si quidem meritorum eius longe magis & ma-
 gis peculiariter participes esse confidimus: quam si uirgo haec aut in
 Africa: aut in Scythia: siue in India nata fuisset. Neque enim fieri po-
 test: quin sanctorum propinquitas aliquid habeat praerogatiuae.
 Nihil tamen ob hanc causam plus minusue dicere licet: quam uerum est.

BEATAE CATHERINAE

huius uirginis abstinentia fuit: & mirabilis uitæ austeritas: Nam cum uini & carniū usum prorsus abiēcisset: neq; pulmētariis ul-
 lis uteretur: ad extremum eo deducta est: ut nec legumina ederet: nec pane uesceretur: nisi cælesti: quem uerus christianus in sacra-
 mento sumit altaris. Inuenta est aliquādo a die cinerū usq; in pen-
 tecostē ieiunium perduxisse sola eucharistiæ communionē conten-
 ta. Per annos circiter octo minimo herbarum succo eoq; parum re-
 tento: & communionē sacra sustentata est. Ad cybū quasi ad sup-
 plicium pergebat. Ad communionem altaris: quæ illi fere quotti-
 diana fuit: quasi ad cælestes nuptias inuitata esset: summa cū ala-
 critate pficiscebatur Cilicio sub ueste utebatur: quo carnē macera-
 bat. Nullæ illi plumæ: nulla puluina erant. Lectum sibi ex asse-
 ribus confecerat: atq; in eo iacens breuissimum sopnū accipiebat.
 Raro enim ultra duas horas iterdiū noctūq; dormiebat. Reliquū
 omne tempus uigilando: orando: prædicando: opera misericordiæ
 agendo contriuit. Spinosis cordulis carnem suam macerauit: do-
 lore capitis pene assiduo torquebatur. æstuabat febribus: nec illoꝝ
 cruciatu carebat. Luctabatur quanfrequentissime cum demōibus
 multisq; illorum molestiis uexabatur. Sed aiebat cum Apostolo:
 Cum infirmor tunc fortior sum: nec enim in tantis laboribus de-
 ficiebat: nec caritatis opera negligebat. Assistebat miseris indigna-
 ferentibus: arguebat peccatores: & blandissimis uerbis ad pœnitē-
 tiam reuocabat: præcepta salutis omnibus læta dabat. Quid sectū
 dum: quid fugiendum esset: alacri uultu ostendebat: dissidentes
 summo studio componebat: multa extinxit odia: & mortales seda-
 uit inimicicias: pro pace florentinoꝝ qui cum ecclesia dissidebant:
 & interdicto suppositi erant ecclesiastico. Apenninum & alpes trá-
 sire: atq; usq; in Aduenionem ad Gregorium undecimum Pont.
 Max. antecessorem nostrum proficisci non dubitauit. Cui uotum
 suum de petenda urbe Roma in occulto factum & soli sibi ac deo
 notum sese diuinitus cognouisse monstrauit. Fuit enim in ea spe-
 cies prophetiæ: & multa prædixit: anteq̄ fierent: & occultissima re-
 uelauit. Rapiebatur sæpe a spiritu: & in aere suspensa diuinis con-
 réplationibus pascebatur: adeo extra se acta ut expuncta pcussa q;
 nihil omnino sentiret. idq; frequenter sibi contingebat: cum diui-

4. p. heriz anit

CANONIZATIO

nissima reficeretur eucharistia. Magnum & sanctum erat in plebi-
 bus Catherinæ nomen: undiq; ad eã ægroti & malignis uexati spi-
 ritibus deducebantur: & multi curabant langoribus & febribus:
 in christi nomine impetrabat: & demones cogebat ab obsessis abi-
 re corporibus: propter quas res duobus romanis Pontificibus Gre-
 gorio: cuius pauloante meminimus: & Urbano Sexto acceptissima
 fuit: adeo ut legationibus eorum fungeretur: multisq; & magnis
 spiritualibus gratis ab eis donaretur. Eadem cum uitæ agonem
 iam peregisset: anno ætatis suæ tertio circiter ac trigesimo i urbe
 Roma diem suum clausit: de cuius animæ in Cælè assumptione
 & gloriosa receptione stupendæ & admirabiles reuelatiões factæ
 reperiuntur apud eas personas: quæ uirginem dilexere. Maxime
 uero apud eius confessorem Raymundum Capuanum sacræ theo-
 logiæ magistrum: qui postea generalis totius ordinis prædicator
 pater magister & rector effectus est. Is nanq; cum Genuæ ageret:
 ea nocte: qua uirgo migravit: hora matutina intra dormitorium
 apud imaginem matris domini eam contemplatus est miro splen-
 dore fulgentem & uerba ad se consolatoria dicentē: Corpus aliquã
 diu seruatum deniq; in ecclesia fratrum prædicatorum: quæ de
 minerua: ut dicitur: Romæ conditum est non sine maxima populi
 deuotione ac reuerentia. Cuius tactu plærinq; ægroti salutem con-
 secuti sunt: adeo: ut non nullis saluti fuerit ea tetigisse: quæ sacra-
 ta uirginis membra tetigere. Postea quoq; uirgo ipsa iam cælo re-
 cepta uota supplicantium benigne audiuit: &: ut a sponso & domi-
 no suo christo Salvatore exaudirentur: curauit. Multi enim ex di-
 uersis ægri tudinibus curati sunt: qui audita beatæ Catherinæ glo-
 riosissima fama eius patrociniũ supplices petiuere: Propterea Ve-
 netiis: ubi nunquã uirgo ipsa fuerat: & multis in locis nomẽ eius
 cum ueneratione repertum est: & uota ei plurima fiunt. Hæc &
 alia quamplurima cū uenerabilis frater noster Episcopus portuẽ-
 sis in conuentu Cardinalium & præsulum exposuisset: & liquido
 probata esse affirmasset: rogati singillatim omnes cū Cardinales
 tum præsules qui plurima affuerũt: sententiam dicere cunctorum
 suffragiis beata uirgo digna cælo & astris declarãda uisa est. Nec
 quisq; fuit: qui non magnopere canonizationem eius faciendã pro

2 ome bca
 im .3 3.
 ata } }

CONTRA DVCEM AVSTRIAE

bauerit: Quibus ad longum auditis: iussimus in Basilica beati Petri Apostolorum principis suggestum magnum & ornatum apparari: super quo hodie astate populo & clero sermone de uita & miraculis huius uirginis per nos habito missarum solemnibus celebratis: & consuetis caerimoniis rite peractis: ad canonizationem huius uirginis sub his uerbis duximus procedendum. Ad honorē *Canonizatio* omnipotentis & æterni dei patris & filii & spiritus sancti ad exaltationem fidei catholicæ & christianæ religionis augmentum auctoritate domini nostri ihesu christi & beatorū Petri & Pauli apostolorum eius: ac nostra Catherinam Senensem illustris & in delectabilis memoriæ uirginem: cuius corpus in ecclesia prædicatorum quæ de minerua nuncupatur hic romæ: iacet: & in cælesti Hierusalem inter beatarum uirginum choros quando id sui uirtus diuina suffragante gratia meruit: iam pridem fuisse receptam & æternæ gloriæ corona donatam de fratrum consilio declaramus. eamque tanquam sanctam publice priuatimque colendam esse decernimus: & definimus: atque in sanctarum Cathalogo uirginum: quas romana ueneratur ecclesia redigi & ascribi mandamus. Statuentes festum eius singulis annis prima mensis Maii dominica die ab uniuersali ecclesia celebrandum esse: & omnes illi honores præstandos: qui cæteris sanctis uirginibus conuenire noscuntur. & insuper sepulchrum eius in ipso festo uisitantibus septem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis in forma ecclesiæ misericorditer in perpetuum relaxamus. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo. Tertio Kalendas Iulias. Pon. nostri anno tertio.

Pii Secundi: pont. Max. ad uniuersos christi fideles in excōmunicationem Sigismundi ducis Austriæ epistola tertia.

IVS episcopus seruus seruorum dei uniuersis Christi fidelibus: ad quos hæc litteræ peruenerint: salutem & apostolicam benedictionem. Iustissima quauis iudicia & honestissima sint: quæ uis apostolicæ sedis decreta & opera eius

CONTRA

mortalis coarguere nemo possit: quia tamen multi reperiuntur iniqua mentis homines: qui erecto supercilio tollere os in cælum non uerentur: & gradiente lingua eorum super terram in christi uicarium iactantes opprobria facta eius damnare sæpenumero audent: & nitidam ueritatis faciem confictis mendaciorum tenebris obnubilare conantur: opere præcipuum esse censemus: quæ per hos dies aduersus Sigismundum ex principibus Austriæ sua cõtumacia: & iniquitate requirente per nos & sacrum collegium nostrum statuta ordinata & iudicata sunt ad noticiam uestram his scriptis perducere: ne fama uelox præcurrēs falsa pro ueris persuadere: ex suo more aut addens gestis aut adimens auditores fallere possit. Rem igitur: sicut gesta est: ante oculos uestræ mentis ponemus. Vos beniuolas aures adhibete: & boni consulentes matris uestræ & omnium fidelium magistræ sacrosanctæ Romanæ primæq; sedis digna & solita reuerentia decretum sententiamq; suscipite.

Ecclesia Brixinensis: quæ olim Sabionensis: & aliquando Brixionensis est appellata: in alpibus sita est: quæ Germaniam ab Italia seiungunt admodum insignis. Siquidem Romanorum pontificum priuilegiis cõpluribus honestata: & Imperatorum largitate donata non solum prædia: sed arces & oppida munitissima possidet & ipsius Brixinensis urbis ciuile dominium habetur diocesis eius: & ad Ennum fluuium proteditur: qui Danubio in Baioaria apud Patauiam miscetur: & in Athesim respicit: quæ Tridentem Veronamq; præterfluens insignis uibes: in adriaticum exoneratur pelagus. Episcopus eius inter principes imperii collocatur: & ab Imperatore absque medio in feudum recipit principatum ac regalia. In ecclesiasticis negociis ecclesiæ Saltburgensis suffraganeus est: & metropolitico iure illi subiectus: aduocatus eius in temporalibus causis siquid aduersi patiatur. Comes Thirolis ab imperatoribus constitutus est: qui tueatur ecclesiam: non qui oppugnet. Ob eam rem non parum utilitatis quotannis accipiēs: Nam prædia opulenta & amplissima ab ipsa Brixinensi ecclesia noscitur obtinere. Principium autem aduocationis in comite Alberto fuit: qui primo per Corradum ipsius ecclesiæ pontificem non

sine pluribus condicionibus assumptus: & de ipsa aduocatia: quæ feudum est ecclesiæ: inuestitus ab Imperatore cōfirmationem obtinuit. Vacanti autem huic ecclesiæ Sedente Nicolao quinto prædecessore nostro: Nicolaus ipse de fratrum consilio dilectum filium nostrum Nicolaum tituli sancti petri ad uincula presbyterum Cardinalem in Episcopum & pastorem præfecit: qui & si diu contradicente & reluctantante Sigismundo: possessionem tamen pacificam & quietam ecclesiæ suæ deniq; consecutus est: & utiliter plebi per plures annos prædicando: monendo: hortando: & pontificale officium exercendo præfuit. Sed cum sedente Callisto tertio: qui noster fuit immediatus præcessor: Cardinalis ipse ac episcopus Brixinensis more boni patrifamilias & diligentis atq; attentis prælati pia loca reformans: & iura ecclesiæ suæ exacte pquirens inuenisset Sigismundum emendationi monasterii in soneburgio ex eo aduersum: quod nihil sine eius assensu fiendum præsumeret: ac cum tanquam Thirolensem comitem plæraq; magni momenti feuda ab ecclesia sua obtinere: quæ minime: ut moris est: recognouisset hortareturq; spirituales iurisdictionem ne perturbaret: & nouam reciperet inuestituram: iusq; iurandum præstaret. Mox dissensiones ortæ sunt: & ipsius Sigismundi grande odium aduersus Cardinalem excitatum. propter quod cum statuisset Cardinalis ut fidelis Archimandrita suas oues diligentius respicere: & a noxiis itineribus retrahere: cunctosq; malos mores eradicare: & plātare bonos: & eliminare uitia: & seminare uirtutes: Surrexissentq; præterea maligni quidam homines tam clerici quam laici: quibus amara erant præcepta iusticiæ & aduersus salutiferam Cardinalis reformationem contumaciæ & rebellionis cornua erigerent: cœpit Sigismundus malignantium patrociniū: & quanuis esset ipse quoque ex ouibus Cardinali tanquam episcopo Brixinensi commissis in Pastorem tamen & patrem & magistrum animæ suæ sese extollere non expauit: sed omni studio atq; conatu aduersus est: ne salutifera morum reformatio aut in clero: aut in populo Brixinensi locum haberet: adeoq; bonis actibus ipsius Cardinalis obicē se præbuit: ut monialium quoq;: quarum supra meminimus: dissolute ac turpissime: uiuentium ne claudi reformariue possent: protectio

CONTRA

nem & tutelam aduersus Cardinalem receperit. Adeoq; ab hone-
 state procul abiit: ut Cardinalem ipsum neq; in sua diocesi: neque
 in ciuitate tutum esse: aut pontificale munus exercere posse permit-
 teret: introductis & persuasis sicariis: qui uitæ eius insidiarentur.
 quod cum Callistus antedictus accepisset: mox litteras monitorii
 aduersus Sigismundum decreuit præcipiens ei ne cardinalem in ec-
 clesia sua: in qua pontificio fungeretur: ab executione sui officii
 quoquo pacto deterreret: eumue suum munus exercentem impe-
 diret: si secus ageret: Anathema esset: pœnas læsæ maiestatis incur-
 reret: & omni territorio suo sacris interdictum ipso facto intelli-
 gere. Obaudiuit Sigismundus Pontificis maximi uocem: atque con-
 temptit: & interposita quadam appellatione malo deceptus consi-
 lio a Romano throno: quod nulli permissum est: cōtra ius fasq; p-
 uocauit: & in rebellionē sua perseverans nouis in dies cōtumelias
 cardinalem affecit: creuere supra modum Sigismundi odia aduer-
 sus cardinalem: nec poterat ei quicquam pacifice loqui. Ob quas
 res: cum tuto sibi esse in ecclesia non posse cardinalis animaduer-
 teret: ad nos confugit: per idem tempus iam propemodum accēti
 eramus ex uibe recedere Mantuanum conuentum petituri: quem
 pro tuitione fidei aduersus turcos indixeramus: Eum igitur ab ec-
 clesia sua quodammodo profugum excepimus benigne & pro tē-
 pore consolati legatum de latere: qui uicem nostram in uibe Ro-
 ma & circuniacenti regione impleret: consulentibus fratribus: &
 cohortantibus reliquimus. Ipsi mantuam pro communi salute cū
 Romana curia petiuimus. Vbi cum aliquibus mensibus remorati
 essemus: & Sigismundū ad nos uenientē intellexissemus: ut cōpone-
 re inter eos cōcordiam & tam atroces inimicicias aputare possemus
 cardinalem accersiuimus: Quo ueniente: & Sigismundo præsentē
 pluribus diebus modo per cardinales & alias interpositas etiā il-
 lustrium personas principum modo per nos ipsos reconciliare al-
 teri alterum conati sumus: atque huic pacis negotio summo adni-
 xu operam dedimus. Sed nihil profecimus. Incassum abiire studia
 nostra: Irriti omnes labores fuerunt: quanuis cardinalis iudicio no-
 stro se submittens & arbitros non suspectos accepturum se dicē-
 uiam iuris nunquam recusauerit aut refugerit. Abiit ex Mantua

Sigismundus in patriam suam infecta pace : minarum plenus & iræ. Et cum paulopost nos quoque translato conuentu domum re-
petere statuissemus : Cardinalis ex permissu nostro ad diocesim
suam se traſtulit:asserentibus amicis adhuc pacem inueniri posse:
neque Brixinam petiit : Nihil, n. ibi tutum esse sciebat : sed in ar-
cem quandam sui episcopatus munitissimam se recepit: Vbi cum
aliquandiu consedisset : hortatibus non nullis non paruxæ auctori-
tatis uiris: qui se partibus ambabus amicos ostendebant : & nihil
periculi: nihil insidiarum timendum esse dicentibus: ad Brunechã
se contulit: quod est ipsius ecclesiæ Brixinensis non parui momen-
ti oppidum: litteris maxime frætus: quibus ipse Sigismûdus suo
signo obſignatis bona fide promittit ecclesiam Brixinensem & car-
dinalem: quoad uixerit: sed protecturum : Ad quem locum misit
mox Sigismundus unum ex consilio suo nobilem uirum inter au-
licos suos primarium : qui Cardinalem in suam traheret uolunta-
tem . Is multa cum cardinali prolocutus cum nihil ei posset inu-
ſtum suadere: quia iura ecclesiæ nollet proiicere: concordia tamen
in omnibus reperta est. Vnico tantum excepto articulo : qui rega-
lia concernebat: & cum in eo aliter conueniri nõ posset: de suspen-
sione temporalis actum est. In qua cum orator Biennales cardinalis
uero intuens moram tam diuturnam ecclesiæ suæ periculosam ef-
ſe: semestres tantum treugas afferet. Tandem interueniente capi-
tulo etiam biennales admissurus esset. Pendent adhuc tractatu &
oratore nondum a Brunecha digresso: Sigismundus non tam con-
cordiam: ut opere comprobauit: quam confusionem Cardinalis &
furoris sui cursum quærens turgidus & nimium tumens non ira-
cundiam cohibere : non seipsum ullo pacto uincere potuit: cessit
audaciæ: succubuit temeritati: Rancori atq; odio paruit : Iussit ac-
cersiri milites: exercitum congregari : belli machinas apparari .
Quibus expeditis misso Phemale: qui bellum Cardinali indiceret
quanuis esset maior & sacra ebdomoda: & tempus pœnitentiæ da-
tum: copias eduxit: & iter faciens ipsa die paschæ ante brunecham
armatas militum acies collocauit. Machinas admouit. Insultum
fecit. Oppidum cœpit. Nec moratus arcem quoq; summa ui oppu-
gnare aggressus est: in quam cum familia Cardialis sese recepat.

pugnatum est aliquandiu non parua contentiōe. Sed cum persua-
 sum esset Cardinali arcem diu defendi non posse: & pereundū om-
 nibus esse: nisi se dederant: interuenientibus mediatoribus cer-
 tis conditionibus conclusa pax est. In quibus nihil erat conuentū:
 quod uel arx uel Cardinalis in potestatem Sigismundi uenirent:
 & nihilominus cum iussisset pacem & securitatem publicari: cla-
 ues arcis extorquens & munitiones: & Cardinalem artissima cu-
 stodia seruari iussit. Sicq; per aliquot dies cum summo probro &
 ignominia & omni contumeliarum genere Cardinalis in potesta-
 te Sigismundi retentus est: Nec libertatem obtinere potuit: nisi
 remissa iniuriis. Castro quodam ecclesiæ tradito: magno auri pon-
 dere soluto: restituto creditorum chirographo: compluribus aliis
 extortis conditionibus: præter eas: quibus pax antea fuerat publi-
 cata. Omnibus denique ecclesiæ iuribus & priuilegiis ereptis:
 Neque his contentus. Sed iniquitatem iniquitati congeminans:
 cum sacerdotes ob piaculum commissum iuri parentes sacris absti-
 nerent: Non ueritus est necem Cardinali denunciare: nisi ad pro-
 fanationem sacrorum illos compelleret. Temerarius atque infe-
 lix qui talia gerens: nihilominus eius ecclesiæ protectorem se ia-
 ctat: cuius est euersor inuentus. Quæ singula cum nobis ex ordi-
 ne renunciata essent: mirum in modum horruimus: congelatum
 est illico pectus: & in stuporem sumus conuersi: uec satis detestari
 aut abominari tam horribile scelus poteramus. In sacerdotem: in
 pastorem: in episcopum suum: in Cardinalem ecclesiæ Romanæ: in
 fratrem nostrum: in excellens apostolicæ sedis membrum uiolen-
 tas mittere manus Sigismundi temeritas non exhorruit. Et quo
 tempore anni hæc patrata sunt? Nempe in die paschæ: in die illa
 maxima & Sanctissima: In die: qua uictor mortis & triumphator
 inferni dominus resurrexit: In die qua christiani singuli redempto-
 ri gratias agunt: & expurgato ueteri fermento sacratissimo christi
 corpori & sanguini communicant: In qua die nemo tam scelera-
 tus est: tam impius: tam immanis: si modo christianus est: qui non
 sacerdotibus sese subiiciat: eosque summis prosequatur honori-
 bus. Sed qua die suarum rectoribus animarū cæteri præcipue ob

DUCEM A VTRIE

sequi student : ea die sacerdotem suum Sigismundus inuasit: coepit : in carcerem coniecit. Inhonestavit : spreuit : turpiter habuit. Fuimus diu anxii & admodum dubii his cognitis : nec satis tenebamus: quid esset agendum : quanuis non dubius rumor: sed certissimus nūcius perpetrati sceleris ad nos peruenisset . Nam hinc atrocissimi sceleris notorium factum ad exigendam ultionem poenamq; inuitabat. Inde uetus beniuolentia : qua quondam Sigismundo coniuncti fuimus : ad clāmentiam & misericordiam pro uocabat: Nos, n. cum in minoribus ageremus : apud Fredericum romanorum Imperatorem tunc dominum : nunc filium nostrum carissimum diu uersati fuimus : & consiliariatus munere honestati multisq; gratiis & fauoribus cumulati plurimos annos in eius curia atq; familia mansimus: nec unquam indignatum: aut nubilosum erga nos ipsius imperatoris uultum meminimus. Semper læta : semper blanda nobis eius facies fuit : semper benigna & affecta mens & nostri honoris percupida. Sigismundus cum primo Imperatorem adiuius: puer bonæ admodum indolis erat: & sub tutela patruelis sui degens: modestis imbutus moribus amorem in se omnium alliciebat . Alloquebatur nos sæpe blando sermone . Quærebat nostras epistolas : & legebat : ut qui tum bene uiuendi cupidus & litterarum cultor : & nostri amans uidebatur . Dimissus extra tutelam & in adolescentia sua ad regēdam patris prouinciam profectus sæpe ad nos litteras dedit : & nostras accepit. Sæpe negocia sua apud Imperatorem iuimus. Cum eo quoq; non nunquam domi suæ fuimus . Neque sine honore & singulari gratia ab eo recessimus : & cum gesta eius in Cardinalem nondum cognita nobis essent: ad conuentum usque Mantuanum continuata est: & aucta semper caritas nostra. Ad quem Sigismundus ipse splendidum & magnificum duxit comitatum : ut qui gratias nobis referre statuerat pro pace sui censum bellicosarum & fortissimarum gentium: quas sibi enixis legatis apud Constantiā reconciliaueramus. Verteabantur hæc omnia in mente nostra : & tanquam recens gesta essent : ante cordis oculos uoluebantur . Suadebant Imperatoris infinita erga nos beneficia : ut patrueli

Fredericus Imp. Rom.

Sigismundus Frederici
Imp. patruelis.

CONTRA

& sanguini suo ignosceremus: exposcebat ipsius Sigismundi: qua nos longo tempore complexus est: ingens beniuolentia: ut hanc sibi culpam condonarem: Urgebat inclytæ domus Austriæ: quæ hunc Sigismundum genuit: ingentia in nos & diu continuata merita: ut sublimi & alto sanguini ueniam largiremur. Instare & Albertus uidebatur alter Sigismundi patruelis & ipse dux Austriæ atque Imperatoris germanus: & cum eo pariter Illustris memoria Ladislaus hungariæ ac Bohemiæ regis paulo ante uita defuncti proximi eius consanguinei: petere uæhementer ac rogare per ueterem amicitiam: ambo enim aliquando nos dilexerunt: & uerbis ac factis ornarunt: ne sua ex familia uindictam exigeremus. Occurrebant infinitæ regum: ac magnorum principum facies: qui Austriali domui coniunctum sanguine hanc nobis profapiam summis precibus commendaturi apparebant. Sed dum hæc iam pene uicti & consentiente animo uoluimus: & ad ueniam tracti: iam iam misericordiæ iusticiam cedere mandaturi sumus: excitata in aduersum conscientia nostra: & miris calefacta modis: Quid tu: inquit: Pie pontifex agis? An ignoras quem tenes locum? Quæ geris personam? Non tu modo ille Aeneas es: qui Siluio quondam genitus patre Frederico Imperatori seruisti? Mutata est conditio tua. Mutata persona. Nosce teipsum. Tu Pius es Romanæ ecclesiæ militantis Antistes. Te ducem: te magistrum: te doctorem: te iudicem Christiani populi constituit dominus: & clauis regni cælorum tibi credidit. Noli quærere fieri Iudex inquit sapiens: nisi ualeas uirtute irumpere iniquitatem: Ut timeas faciem potentis: & ponas scandalum in agilitate tua super gentes & regna? moderater cæli & mundi dominus te Christus ordinauit. Ut destruas: euellas: ædifices: & plantes. Et quid agis? Quid dubitas malas euellere plantas? Nemo iuste iudicat: qui uel odio: uel gratia: uel metu flectitur. An ignoras Sigismundus quam scelestum: quam atrox: quam tetrum & horrendum admisit facinus? In episcopum in Cardinalem in teipsum: si tui corporis Cardinales: ut iura uolunt: partes habentur: iniurius & impius fuit? non præbyteratui: non Episcopatui: non Cardinalatui: non Papatui: non Christo pepercit: cuius sacratissimam diem pugna iniqua:

Frid. Imp.

DUCEM AVSTRIAE

& Cardinalis captiuitate foedauit. Et quis clericorum posthac tu-
 tus habebitur: si episcopi: si Cardinales armis atque insidiis capi-
 untur? & quis deinceps uindictam timebit: si uiolatores tantarū
 dignitatum impune abeunt? Actum de omni clero: deq; omni re-
 ligione fuerit. Si qui tecum unum sunt absque ultionis periculo
 uiolantur. Summa sacerdotalis dignitas: beati petri auctoritas. Ihe-
 su christi maiestas palam in hoc scelere læsa est: & tu tanti piacu-
 li uindictam assumere dubitas? Putasque uel imperatorem: uel
 alium quenuis principem ægre laturum: si iudicium feceris? Ab-
 sit ante hic metus. Nihil est: cur hæc nomina timeas. Iustus est
 Imperator & honesti tenax: Iustus Alberthus: iusti & cæteri prin-
 cipes: qui non consanguineos solum: sed ipsos quoque filios ex se
 genitos legum uinculis coherceri plectiq; si peccarint: non idigne
 ferent. Magna uis iusticiæ est: quæ uel damnatum iure se passum
 esse fateri cogit: Nihil Imperatori magis cordi est: quam iusticia
 communis & sanctissima uirtus. Scit sua mansuetudo: quia iusti-
 cia communis & sanctissima uirtus. Scit sua mansuetudo: quia iu-
 sticia pacem parit: gentem eleuat: solum & regnum confirmat.
 Læticiam gignit. & amatores suos beatos atq; immortales efficit.
 Utilius Imperatori uidebitur infructuosum palmitem amputari
 quam in perniciem bonæ uitis retieri. Neq; propterea domus Au-
 striæ gloria interibit: quod unus aut alter ex principibus eius iu-
 ste damnetur. Quæ Rodolphos: Alberthos: Fredericos: Leopoldos
 Ernestos: Vilhelmos & alias quamplures illustres animas pepit:
 non Austriæ solum ac Sueuiæ: sed Hungariæ: Bohemiæ: & ipsius
 Romani Impii gubernatrices: æacidarum quippe decus honestis ī
 famia non extinxit: nec splendorem Iulix gētis Nerōis turpitude
 deleuit: nec frācorū duces hildebrandi obscurauit ignauia: nec se-
 natus apostolici puritatē atq; nitorē impurus & foeditus iudas cō-
 maculare potuit. illustrium familiarū nō habuisse: sed nō texisse:
 maleficū uera & solida est laus. Rara profapia est: quæ non aliquā
 do mōstra peperit: in omni gente & in omni domo Cathelinā iue-
 nies & Cethegum: neq; dauitica stirps: quā suæ plebi dominus re-
 gnaturā elegit: suis blaffemiis caruit: & iter nepotes Habraham
 Esau reprobatus est: Et si foeminas licet inspicere in genealogia

1. solum

Domus Austriæ
gloria.

CONTRA

saluatoris: cum Bersabe & Thamar annumeratur & Rahab. Quid mirum si & in austriali familia: quæ iam pluribus sæculis regno potita est & imperio: unus inuentus est Sigismundus: qui maiorum suorum exempla refugerit. Generosi principes aut non aliis suis in domibus sceleratos sinunt: aut altos quamprimū queunt: eliminare nituntur. Castigandus est omnino hic Sigismundus: eiiciendus ab ecclesia nisi resipiat. Quid stas? Quid dormis? An suum honorem pensitas: qui tuum minime pēsitaui? Vide quid agas: omnis clerus: omnis ecclesia contra te stat: & sacer cardinalium senatus: & omnis apostolorum chorus: & ipse Christus: ut iudicium facias obnixe requirit. Diligite iusticiam qui iudicatis terram: inquit sapientia: & propheta. Iusticia & iudicium præparatio sedis tuæ: Vicem dei geris in terra: & humano more amicum uocare in iudicium titubas? Gentilis homo Torquatus: & gentilis uitæ Brutus filiorum delicta: securibus uindictarunt: & tu Christiani ductor exercitus: cuius dextram iusticiæ plenam esse oportet: uel mediocris amici æstimationem ledere times? Quid si cōtra proprios filios esset agendum? An sacerdotis Heli ruinam ignoras? qui dum filiorum tollerat iniquitatem & se ipsum: & illos perdidit: & seruatus contra imperium diuinum Agag Saulem regno deiecit: Zelum funes: aut Helix feruorem tronus iste requirit: procul amor: procul metus ab hac seclē facessat. Sit quantunuis potens & magnus peccator: ut pœnam pendat: oportet: Cæde meliori si locum nescis tenere: uiros fortes atq; intrepidus cathedra beati Petri requirit. Nunquid legisti: quantus fuerit prædecessorum tuorum in puniēdis sceleribus calor: in eliminādis malefactoribus ardor: in uendicanda ecclesiæ libertate rigor ac uigor: subeant in memoriam Stephani: Leones: Hadriani: Gregorii: Zacchariæ: Alexandri Innocentii: Nicolai: & alii quamplures Antistites: qui ante te hoc solium tenuerunt. Recole illorum ingentia facta: & magnificos ausus: nec uerearis unius ducis quanuis magni & prænobilis temeritatē audaciāq; cōpescere. Cū illi clarissimos sæpe reges atq; ipsos ēt impatores quoniā ecclesiæ insultarēt apostolico ferire mucrōe non dubitauerint. Erige aīum: & usq; ad mortē certa pro iusticia. Et ubi nā gētium locorumq; gubernatrix regnorum expultrixq; uitioꝝ

iusticia domicilium inuenerit: si apostolico fuerit palatio expulsa? Quem deniq; fauor & adiutrix bonorum uirorum iusticia a potentiorum contumelia uindicabit: si neq; Cardinalem protegere ualet. Caue pontifex: Caue inquam: ne dum saluti unius consultū uis: & illi noceas & multis aliis. Caue ne dum seruare unius amicitiam studes: multorum ac pene totius christianæ societatis in te odium cōcites. Caue atq; iterum caue ne dum hominum inire gratiam paras: indignationem & iram dei omnipotētis incurras: Nā nemo tibi amicus eē debet: qui Christi sit inimicus. Christus oēs iniquos odio habet: & te quoq; omnem iniquitatem odisse: persequi: punire: resecare: ac prorsus eradicare oportet: neq; tollerandus tibi quispiam est: qui reliquo corpori noceat: qualis est Sigismundus: qui suo peruerso exemplo totam scandalizat ecclesiam & ouile inficit saluatoris. Putridæ carnes ferro indigent & cauterio. Quin age infectam pecudem ex Christi caulis ac septis euersorisq; tādē cultro putridum reseca: atq; abiice membrum. Illuceat nobis iusticiæ tuæ lumen: & omnis faceat ab ecclesia peruersitas. Hæc cum nostra cōscientia flexa uia aduersus misericordiā retorsisset iacula: rubore quodam perfusi sumus: qui per clæmentiae speciem tam procul a iusticiæ tramite abiissemus. Remensiq; animo dignitatem nostræ sedis a priuata persona recessimus: & induimus publicam cuius est communi utilitati consulere reiecto quocunq; priuato commodo uel affectu. Non tamen omnem consuetudinis nostræ memoriam abiicere potuimus: Nam quanuis potuissemus e uestigio Sigismundum incidisse pœnas declarare: quas sacri canones iudeos decernunt: qui suos pōtifices hostiliter capiunt: aut in cardinales uolentas inuiciunt manus. quando de Sigismundo id erat manifestum ac notorium: supsedendum tamen aliquandiu decreuimus: si forsitan ipsum malorū suorū pœniteret: operum: & mollitum cor eius ueniam flagitaret. Sed pstitit furor eius: neq; aperti sunt oculi: ut uiderent lumen. Quanuis enim ad nos duos ex consilio suo uiros transmiserat: non timeo errorē suū recognoscere uoluit: sed ad excusandas excusationes in peccatis illorū legatio fuit. Nos tamen eos: q̄tum uoluerūt: patienter & benigne audiuius. In quorū dictis nihil iuenimus: quod uel delictū



CONTRA

Sigismūdi cōminueret: uel ipsū de ppetrato malo dolentē ostēde-
 ret: fatebantur enim ambo rem: ut supra narrauimus: gestam: ne-
 que inficiabantur: quin temeraria & inconsulta fuissent & Sigis-
 mundi opera: id solum rogante: ne dure secum ageremus: his res-
 pondimus nos iudicis locum tenere: facturosq; quod sacri cano-
 nes imperarent: nec tamen ut in tanto & tam atroci delicto actā
 manifesto tanquam notorio dignum uidebatur: declarationis sen-
 tentiam statim promulgauimus. Sed mansuetudinem mansuetu-
 dini cumulantes quibus de facto plenam & certam noticiam habere-
 mus: neq; informatione indigeremus ampliori: quo plus tēporis
 ad respiciendum pœnitendumq; Sigismundo tribueretur. Dilecto
 filio nostro Iohanni tituli sanctæ Priscæ & sacrosanctæ romanæ
 ecclesiæ præbytero cardinali: duobusq; simul episcopis comisi-
 mus: ut de supradietis Sigismundi excessibus inquirerent: & no-
 bis cōserta referrent: qui rite & ut tantæ rei grauitas exposcebat:
 instituto processu: examinatis testibus: discussa & cognita ueritate:
 duo ex eius: nam tertius certis de causis interesse non potuit: publi-
 cum & notorium nobis esse rettulerunt: Cardinalem ipsum a Si-
 gismundo præfato hostiliter inuasum: uiolenter captum: & turpi-
 ter habitum fuisse: quibus postea data pecunia: & multis promissis
 in libertatem exisset. Verum neq; hac habita relatione ad declara-
 tionem pœnarum & multa suadebant: & res uidebatur exposcere:
 duximus festinandum. Sed monere ipsum Sigismundum statui-
 mus per litteras in ualuis ecclesiæ Senensis & in uicinis sibi locis
 affigendas: cum tutus ad eum non pateret accessus: ut intra quinq;
 & quadraginta dies corā nobis propria in psona cōpareret causas
 ac rationes in medium adducturus: si quas haberet: propter quas
 aduersus inuasores episcoporum & cardinaliū inflictas a iure pœnas
 incidisse declarari non deberet. Affixæ fuerunt (ut decreuimus) lit-
 teræ executum monitorium: & ut appellatio: de qua mox subiicie-
 mus: ostendit ad Sigismundi noticiam deductu: facta est relatio.
 Dies termini tertia Kalendas Augusti anni præsentis effluxit. pau-
 cis diebus ante terminum accessit ad nos doctor quidam ex prussia
 oriūsus noīe Laurētius: alter ex duobus: ut supra reitulumus iussu
 Sigismundi nos adiuisse. Is audientia obtēta: bis a nobis corā non

DUCEM AVSTRIÆ

nullis cardinalibus auditus est: neq; alia dicere nouit quam prius
 dixerat: quanuis Sigismundum metu quodam inani ductum af-
 firmauerit: ut cardinalem interciperet. Cæteræ subeūdi iudicii aut
 ueniæ petendæ nullum mandatum attulit: nullam potestaté: qui-
 bus ex rebus & ipsum: qui tā nudus & ieiunus uenisset: arguimus
 & dominum suum: qui dare nobis uerba putasset: acriter repræhē-
 dimus. Moxq; die termini adueniente congregato publico cōsisto-
 rio: sedimus pro tribunali ex more uetusto: quo cum accusata eēt
 p̄ aduocatum & procuratorem fiscalem contumacia Sigismundi:
 affuit laurentius antedictus: & Sigismundi uice petiit audiri. Cui
 respondimus: quāuis in hoc purgando crimine rei præsentia req-
 reretur: nos tamen procuratorem audituros: si mandatū sufficiēs
 exhiberetur: & hac uice rigorem canonum nostra clæmentia leni-
 turos. Renuit aliquādiu procurator mandatum ostendere. Sed cū
 aliter frustra niteretur: tādē produxit. Quod publice recitatum
 est a nobis: & oī circūstante corona prorsus inefficax: inualidum:
 atq; inutile iudicatum est. In quo nil aliud continebat: q̄ accepisse
 Sigismundum monitorium apostolicum sub certis pœnis contra
 se missum esse; atq; idcirco a nobis tanq̄ male informatis ad nos
 ipsos bene informandos appellare: mittereq; Laurentium doctorē
 qui nobis ex sacro collegio appellationem ipsam insinuaret. Atq;
 in hoc tantum plenam potestatem doctori datam. plura fuerunt
 uerba mandati. uerū effectus non alius q̄ expressimus. Quibus ex
 rebus appellationem friuolam nullamq; esse declarauimus: & au-
 dientia quæ nihil ponderis habitura esset: denegandā censuimus.
 Moxq; duos ex ordine episcoporum prælatos ad ualuas ecclesiæ:
 in qua confedebamus: mittētes Sigismundū uocari ter iussimus.
 Si uel ipse: uel alius sui noīe adesset: plena potestate suffultus: &
 dicere q̄ppiam uellet in causa episcopi iussionem nostram diligen-
 ter executi: nullum inuentū rettulerunt: q̄ pro Sigismundo cōpa-
 ruerit. Instante itaq; rursus procuratore & aduocato fiscali contu-
 macem Sigismundum: ut par erat: pronunciauimus. Nec tamen
 ulterius ea die duximus procedendū: sed ad idus usq; sexto Augu-
 sti expectare & iteq; per litteras alias in eisdem ualuis affigendas
 Sigismūdū monere decreuimus: si fortasse iterī aut ipse aut alius

CONTRA

sui uice sese exhiberet. qui iudicium subire: uel misericordiam petere uellet. Erat enim propositi nostri in utraq; uia Sigismundo benignas præbere aures: & ad cor reuerso more pii patris uitulū saginatum apponere. Dixissemus cum sapiēte peccasti: ne adicias iterum. Ecce sanus factus es: noli peccare. Scimus: quia non est hō qui non peccet. Sed fugienda est in malo p̄seuerātia: quæ rectius pertinacia dicitur: & indulgendum est redeuntibus: ac cum saluatore dicendum uade: & noli amplius peccare. Quippe nihil nobis iucundius accidere potuisset q̄ Sigismundum aut iustum inueniri aut conuersum. Sed nihil horum experti sumus. Verum est scripturæ testimonium: quia peccator cum uenerit ī profundum malorum: contemnit. In ultimo termino nemo est inuentus: qui Sigismundi causam tueretur: aut uerbum pro eo faceret. Sedimus igitur secundo in hac causa pro tribunali: & contumacia Sigismūdi iterum accusata & iterum declarata cum ferre sententiam & administrare iusticiam per aduocatum & procuratorem fisci magnopere rogaremur: & omnium circumstantium oculi in nos cōuerſi iudiciū tacite postularent: differre sententiam ulterius nō ualuimus. Mæſti igitur & alacres sententiam: quæ nostris aliis in litteris cōtinetur: applaudent: & gratias agente prælatorum corona: promulgauimus. Mæſti propter antiquam damnati hoīs beniuolentiam: alacres propter iusticiam: quam dominus diligit: & cōmunem utilitatem: & quanuis reum amplioribus pœnis premere potuissemus: neq; enim ligatus est romanus præsul: quin pro suo arbitrio nocentes affligat: his tamen censuris contenti fuimus: quæ scripto continentur in iure: neq; Sigismundum amplius urgere tulit animus: q̄ sanctiones ipsæ ueteres ac nouæ præcipiunt. Si duri canones atq; asperi sunt: & nos duri fuimus & asperi. Sin mollia & facilia iura: nos quoq; molliciem & facilitatē prætulimus: quas nostri prædecessores statuerunt. pœnis nihil addimus: nihil detraximus. quantum est a ueteribus in hoc delicto statutum: tantū nos ultionis ex reo suscipiendum esse decreuimus. legat ipse Sigismūdus iura: aut legi corā iubeat. Quod Felix: quod Bonifacius: quod Clæmens nostri prædecessores in hoc crimine sanxerunt: hoc secuti sumus: quod si criminari & accusare in hac parte nostram sen

tentiam Sigismundus temptauerit: similis erit illis: qui uel de adulterio uel de cæde damnati legem Iuliam aut Corneliam accusant de seipso ac suis operibus conqueratur: quæ si sapiat: ad misericordiam potius recurret: emendationemque uitæ prætetendat: quæ contumax confugiet ad querelas. Et illud omnino cauebit: ne deo & hominibus infensus procul ab ecclesia reiectus hiatu terræ cum Datan: & Abiron infeliciter absorbeatur: quod est illorum supplicium: qui ab unitate ecclesiæ contumaciter abeunt. Habetis: qui has legitis: omnem rei seriem. In hunc modum negotia gesta sunt: ueritatem ipsam ante oculos uestros posuimus. Si quis aliter suadere uoluerit: deceptor suæ atque aliorum est animæ. Vos aures auertite: & unitatem ecclesiæ tenentes Sigismundum: & omnes sui confortes sceleris euitate. Fugite uirulentiam & contagionem eorum: & quasi fel draconum ipsorum unum existimate. Atque ita denique uos gerite: ut in die uisitacionis domini cum his mercedem accipiat: qui sunt de sorte eius & indiscissam in suis cordibus Christianicam custodientes unum deum: unam fidem: unum baptisma & unum christi uicarium ecclesiæ caput Romanum præsullem uenerantur in terris.

**Pii Secundi: pont. Max. epistola: siue bulla Quarta: qua priuat
Dietherum ecclesia Maguntina.**

IVS episcopus seruus seruorum dei & cætera. In apostolicæ sedis specula diuino consilio constitutis duo inter alia præcipua sunt: quæ diligentissime a nobis inspicarique debent. Alterum ut benemerites cõdignis præmiis & gratiis prosequamur. Alterum ut diuinae legis cõtemptores contumaces ac rebelles: qui corrigi emendarique nolunt: congruis pœnis ac suppliciis afficiamus: præmio enim & pœna res publica continetur. Dura nostri æui condicio: in quo qui populis præfunt: non tam præmiandi: quàm puniendi curam habere oportet: quanuis nec superiorum temporum bonorum numerus malorum excesserit: & omnis pōtifex iter aduersantiũ insidias atque arma transuerit. Rari quippe boni sũt: & prona in malũ est natura hominis: quæ

si aliquando impunitatem assequitur: tanquam prouocata magis
 ac magis prolabitur: nec tam uenia cōmuni utilitati cōsulit quā
 uindicta. Cessant enim peccare homines: ubi seueritas delicta cō
 pescit: facilitas ueniæ innocentium delinquendi præbet: experti su
 mus hæc nos in pluribus aliis: sed præcipue in Diethero: qui se
 Maguntium electum appellat: quem tanto contumaciorem & re
 belliosem inuenimus: quanto ei clæmentiam & benignitatem ma
 iorem ostendimus: quemadmodum: ex his: quæ infra dicemus: cui
 libet intelligere licebit. Vacauit siquidem superioribus tempori
 bus: cum Mantuam pergeremus: ecclesia Maguntina: quæ admo
 dum insignis & metropolitana est: p̄ obitum bonæ memoriæ Theo
 derici ultimi eius archiepiscopi. Canonici capitulariter: ut moris ē
 congregati ad electionem futuri pastoris procedere uolentes: in
 quosdam arbitros compromiserunt: qui suo nomine electionem fa
 cerent: illi simul conuenientes Dietherum prædictum eligerent:
 quanuis: ut postea nobis innotuit: non sine labe & infamia symo
 niæ: siquidem unus ex arbitris magna uel pecuniæ corruptus exti
 tit: cuius uox quarto loco accedens inter septem arbitros cām præ
 buit: ut dietherus maiore p̄tē haberet: & electus diceret: q̄ simul
 cū capitulo p̄curatores & decretū electionibus ad nos misit: petēs
 ut electionē huiusmodi cōfirmātes de p̄sona sua Magūtinae eccle
 sia p̄uideremus. nos attēdētes q̄ta est maguntinēsis archiepiscopi
 apud germanos auctoritas: & quod in cōuentu Mantuano: cui tūc
 præsidebamus: sua præsentia admodū utilis esset propter ea: quæ
 contra turcorum perfidiam agere intendebamus. Diethero eidem
 mandauimus: ut ad nos: sicut iura uolunt: pro confirmatione sese
 conferret: quia multa pro dei honore & salute populi christiani se
 cum tractaturi eramus: prorogantes ueniendi tempus: & certissi
 mam suæ confirmationis spem facientes cum eius promotionem
 illi ecclesie utilē putaremus. Sed homini pertinacis ac duræ cerui
 cis nunquam persuaderi potuit: ut nos & conuentum tam necessa
 rium accedere uellet: modo corporis infirmitatem: modo pauperi
 em prætendenti: quanuis & ualitudinem bonam eius expectatu
 ros nos dicerēs: quæ mox consecuta est: & aduentū eius cum pra
 uo comitatu requireremus: cum staret immobile uitiati animi p̄

DIETHERVM

positum. Nec flecti ad ueniendum posset. cessimus inferiori superioribus & ad discipuli uoluntatem magistri descendimus: sperantes uincere in bono malum: & duri capitis opinionem clæmenti benignitate mollire. Prouidimus ecclesiæ Maguntinæ de persona sua: litterasq; prouisionis in forma consueta decreuimus: neq; enī ea nobis innotuerat de ipso uitia: quæ postea palam emerferunt: & bonum esse arbitramur: quem capitulum Maguntium in pastorem efflagitasset. Procuratores Dietheri eius nomine & in animam eius ea nobis iurauerunt: quæ cæteri Episcopi romanis pontificibus iurare consueuerunt: & ultra hoc uenturum ipsum personaliter infra annum ad præsentiam nostram quocūq; in loco cum romana curia degeremus: ad quæ facienda procuratores prædicti speciale mandatum exhibuerunt. Credidimus bonis uerbis eiusdem Dietheri: qui per litteras & nuncios suos optimum se futurum & obediētissimum filium pollicebatur. Sed cum animo sitiēti expectaremus hunc hominem tanquam sedis apostolicæ propugnatorem: & catholicæ fidei defensorem ea curare: quæ pro tutela christianæ religionis in Mantuano conuentu cōcluseramus: Inuitare homines suæ nationis ad expeditionem contra Turcos obeundam ad obediendum in ea re carissimo in christo filio nostro Frederico Romanorum Imperatori semper Augusto: ad quem idcirco legatum delatere miseramus ad parandos exercitus: ad soluendas decimas ad uigesimas & trigemas cōtribuendas: ad alia præsidia præstāda homo in reprobum sensum datus dei hostis & totius gratitudinis inimicus mox cornua erexit in apostolicam sedem: & matris suæ maledicere coepit. Latrauit contra nos pluribus modis: legatumq; nostrum calumniatus est: qui decimas conaretur exigere: quibus copiæ contra Turcos armari possent: palamq; dicere non est ueritus: Nos argentum nationis non fidei defensionem quære. Licet nos decimas ipsas nō nisi consentiente natione exigi mādauissemus: & illarum custodiam ac dispensationem in manibus eorum tradi iussissemus: quos natio ipsa delegisset. Inter hæc accidit: ut ad instantiam mercatorum: qui pecunias apostolicæ sedi debitas eidem mutuo cōcesserunt: cum iam satisfactionis tempus præterisset: Dietherus ipse excommunicaretur absque nostra con-

CONTRA

scientia: Nam id per iudices inferiores in forma camera fieri solet quod ubi ad eius noticiam peruenit: censuris ecclesiasticis innodatus non quo modo se solueret: & ad communionem fidelium rediret: sed quo modo magis ac magis se poenis immergeret: excogitauit: non recurrit ad nos nullam nobis querelam fieri curauit: nullum a nobis praesidium nullum remedium petiit: sed passim clamans & uociferans contra nos indigna se pati dicens: & apostolicam sedem blasphemans: cōfecto quodam infamatorio libello ad futurum concilium cōtra Mantuanam bullam appellauit: excommunicationem ipso facto a qua nisi a nobis absolui non potest: & alias poenas contra reos maiestatis: & hereticæ prauitatis fautores a iure fulminatas incurrens nec animo inreuerenti & infuriato satis fuit: primam sedem his modis contempsisse: nisi & diuina quoque contemneret: illis se publice immiscens: palam & notorie excommunicatus & irregularitatem incidens. En quæ reuerentia canonum? quis timor dei? quæ religionis consideratio? Bis excommunicatus: bis extra ecclesiam factus: non coactus: non iussus: non absolutus ecclesiam ingreditur: & diuinis officis se ingerit: & sacrosancta polluere audet: nimia est hæc contumacia ac rebellio: & argumenta sunt hæc hominis de Christiana religione parum bene sentientis: & omnia iura diuina & humana confundentis: quod in Diethero manifestissimum est: quem uiolasse iuramentum suum nobis præstitum apertissime constat: Nanq; cum terminus ad nos ueniendi iam semel prorogatus instaret: non fidei memor: nõ promissi tenax: non debiti obseruator: non iuramenti cultor: sed excommunicatus: periurus: irregularis & totius religionis expers atq; inimicus. Labi tempus permisit: nec ad nos uenit: nec quod uenire non posset: se excusauit. Quippe qui eluata facie & arroganti mente nihil se debere romano præsuli existimat: & fortasse maiorem eo se credit: uerbo & opere superbus & inflatus opinione sui nunc istos: nunc illos hortatus est: ut appellationi suæ damnatissimæ adhærerent: sperans suam nequitiam tanto magis inultam esse: quanto plures mali consilii sui consortes inueniret. Sed paucissimi ei adhæserunt: & illi quidem decepti ac circumuenti: quorum aliqui cognita fraude mox ab eo in ea parte sequestrati sūt: &

DIETHERVM

appellationi renunciauerunt : seq; fideles ecclesiæ romanæ filios
 declarauerunt. Scientes nihil tam perniciosum esse quam in erro
 re cognito persistere. Dietherus autem feroci animo & mente per
 uersa quottidie magis ac magis insaniens quãuis capituli sui ad
 hæsiõnem extorquere non potuisset : tamen aliarum ecclesiarum
 capitula ac prælatos in suam dementiam trahere omni studio ni
 xus est. Indixerat auctoritate sua nationis conuentum apud Fran
 cfrodiam : quod sibi ex eo licere affirmat : quia Maguntinus præ
 sul per nationem germanicam romani Imperii Archicancellarius
 existat : fatemur eum : qui Maguntianæ præsit ecclesiæ Archican
 cellarium esse imperii apud germanos. Sed uocare natione in unũ
 aliquem locum inuito imperatore posse aut ei licere nequaquam
 fatemur : ipse uero nimis multa sibi arrogans nondum sacris pon
 tificalibus initiatus : nondum episcopus : nondum inuestitus ab
 Imperatore : nondum regalia consecutus : aduersante & contradi
 cente Imperatore nationem uocare audet : & conuentum tenere :
 & quanuis dicat ea se idcirco agere : ut nationi & rei publicæ chri
 stianæ consulat : quod ad eum non pertinet : nisi quatenus a supe
 rioribus mandatur : re tamen uera nihil aliud studebat : quam sibi
 fauores aduersus apostolicam sedẽ in reprobata appellatione sua
 quærere. Hæc cum nos accepissemus : nuncios nostros uiros præ
 stantes ad eum misimus : qui maleuadentem retraherent : & in
 uiam reducerent : monstrarent sibi quantum a recto tramite de
 cessisset : quantum diuinis legibus aduersaretur : quanto in pericu
 lo esset : quãtum sibi & nationi suæ : & uniuersæ christianitati eius
 consilia nocere possent . Sed nihil profuerunt hortamina nostra :
 multi principes ac prælati eum flectere frustra conati sunt : nõ au
 diuit genitorem : qui recta monebat : non consiliariis suis ausculta
 uit. Suffraganeum suum insignem theologũ : qui quãtum aposto
 licæ sedi quilibet Episcopus obnoxius existat : per sacras litteras fi
 deliter ostendebat : contumeliis profecutus est : nemo animum su
 um potuit immutare : nullum audire nisi seipsum uoluit : & qui
 prurientes auribus suæ cupiditati consona dicerent : cũque apud
 franchefordiam : prohibente Imperatore : congregationem habere
 non posset : nam boni ciues domino paruere : ad Maguntiam cõuẽ

CONTRA

tum transtulit. Ibiq; præsidere præsumpsit : quanuis pauci aduenere: magna pars non ut ei auscultaret: sed ut eius reprimeret audaciam: nec tamen defuere non nulli: qui eius insanix cõsentirēt inter quos Gregorius ambrugensis inuentus est: quem ueriori uocabulo errorium appellant iniquitatis alūnus: quem quāuis hæreticum publice damnatum: excõmunicatum ac rebellem Diether? ipse non ignoret: ad conuentum admisit: & illi palam communi cavit nostris nunciis: ne id ageret: commonentibus. Sed cur uitet excommunicatus excommunicatum : infidelis infidelē: periurus periurū: aut rebellis rebellem: pares cum paribus facile cõueniūt : & colligatas inter se gerunt perfidi caudas. Gregorius Sigismundi ex principibus Austriæ iã damnati excõmunicati propter iniectas in Cardinalem sancti Petri manus in eo conuentu nuncius affuit dignus domini sui orator : & dignus quem Dietherus suæ perfidix consortem admitteret. Habitus igitur est conuentus Maguntix multo minor quam dietherus sperauit: in quo ipse plenus minarum multa contra nos & imperatorem locutus est: audens os in cælum ponere: & de duobus capitibus uilis ouicula maledicere : & quanuis nuncii nostri magnopere eum hortarentur: ne se hostē apostolicæ sedi redderet: ne damnatam appellationē prosequerēt: ne imperatori molestus esset: ne Papā ipugnaret: itelligeret se nullā habere causam: cū talia tēptaret: psuaderet sibi omnia : quæ honesta essent : facile posse a nobis impetrari recognosceret statū suū : neq; altiora se quæreret: se sciret: quātū ad romanū pontificem attineret: ouē esse non pastorē: & quātū ad Imperatorem uassallū fugere non dominū: & utrūq; sibi iudicē esse. impēderet reuerentiā suis superioribus & dominorū potius clamētiā quā censurā experiri uellet. Homo tamen ceruicosus: & qui odio itextinguibili contra romanā sedē ardet : nec Imperatoris nomen audire potest nullis flecti precibus: nullis deterreri comminationibus potuit: quin cõceptū contra nos uirus euomeret: plura tēptare ausus : quæ apostolicæ sedis & Romani Imperii uiribus mirū in modū aduersabātur. Sed nouerūt prudētes uiri: qui aderant: macchinamenta eius: nec māus tātæ malignitati dederunt: finem habuit conuentus alium: quā sperauit Dietherus. ruūt enī uana cõsilia: nec temeritatis

DIETHERVM

diuturna est cum prosperitate societas: fractus animo & desertus ab his: in quibus plurimū spei collocauerat: Dietherum paululum immutatus est: uocatisq; nūciis nostris tanquā resipere uellet: mē daci & contumeliosissimæ appellationi suæ renunciauit. Verū id haud quanq̄ publice: sed in domo corā paucis: quē non tam appelle esse quam appellationem reuocasse pudebat. Sperauerunt tamen nuncii nostri in uiā uelle redire. Sed cum interius hominē tetigere: nihil solidi inuētū est, perseuerabat in austeritate sua: & sibi romanam sedē cedere dignū arbitrabatur: & tanquam nos ab eo: nō ipse a nobis instrui deberet: arrogantissime loquebatur: non se satisfacturum mercatoribus obtulit: non uitam emendaturus: non iuramenta seruaturus aut alia facturus: quæ tenetur. Sed tanq̄ nobiscū pacisci uellet: hæc atq; illa p̄mittebat: si nos sibi: quæ ipse cupiebat: p̄mitteremus: quibus ex rebus animaduertētes incorrigibile cor eius esse: nec spectandum quod ad frugem recte uiuēdi perduciposset: & maxime cum eius electio: sicut āte diximus: per Symoniacam labē celebrata fuerit: de qua nobis postea grauia testimonia sunt exhibita: & hoc in partibus uulgatissimum est. difficile ē enī ut potestas malis artibus acquisita bonis moribus administretur. Cūq; multæ querelæ ad nos p̄uenerint de malo ipsius Dietheri regimine: de uolentia: qua utitur in subditos: de tyrannide: de rapina: de sæuicia: de pluribus aliis excessibus: nō est uisum nobis hæc ulterius dissimulare: esset enim nimis periculosum: si dietherum ipsum in ecclesia non sua præsidere & sponsam illam immaculatam ulterius in adulteri potestate permitteremus: quod nihil aliud uideri posset: quā oues lupo deuorandas tradere: & deuotū ecclesiæ Maguntinum clerum: qui haclenus ab eo corrūpi nō potuit: in manu hostis dimittere: qui pro sua libidine uindictā sumeret. Et cum ipunita huic tanta rebellio cessisset: facile aliorū animi ad audenda similia traherent. Ea propter cum manifestissimū sit Dietheri præfatū ad futurū cōciliū appellasse: easq; pœnas incidisse quæ in litteris per nos Mantuæ æditis cōtinētur. Iuramētūq; uiolasse non solū de ueniēdo ad nos itra præscriptū tempus: sed etiā de obediētia & reuerētia præstanda: qui mandata nostra contēsit: & multa contra nos & statum nostrum molitus est: cum litteras

apostolicas accipere neglexerit : cum intra tempus a iure statutum ne se fecerit promoueri: nec prorogari tempus postulauerit: cum excommunicatus ac publice denunciatus diuinis se immiscuerit officiis: & irregularitatem incurreret. in censuris ita sorduerit: ut de heresi uahementer suspectus uideatur: cum eos multis modis persecutus sit: quod eum se excommunicatum uitare uoluerunt: cum multa sibi arrogauerit: quae ei non eueniunt de Papa & imperatore iudicare praesumens: cum clero & populo suo grauis & iniuriosus existat: atque ecclesiam ipsam Maguntinam in spiritualibus & temporalibus male gubernet: & multis incommodis afficiat. Sintque haec omnia ita publica ac notoria: ut nulla possint tergiversatione celari: quis propter praemissa iam cecidisse a iure suo uideri possit: si quod in ecclesia Maguntina aut ex lectione: aut ex prouisione nostra praemissis sibi competiit. Nihilominus de uenerabilium fratrum nostrorum sanctae romanae ecclesiae Cardinalium consensu ad maiorem cautelam propter huiusmodi tam temerarios ausus: & tam enormia faciora ipsum dicta ecclesia Maguntina: & omni iure quod sibi in ea competere posset: priuamus: & priuatum esse declaramus: atque admouemus ab eadem: & ab omni uinculo absoluimus: quo tenerentur eidem: Capitula: Praepositos: Scholasticos: Custodes: Camerarios: Cantores: Thesaurarios: omnesque ac singulos quocumque nomine censeantur: Canonicos: Pastores: Plebanos Vicarios perpetuos ac temporales: Altaristas ipsius ecclesiae ac totius dioecesanos. Maguntinenses omnes denique ac singulos uassallos Ligios Castrenses ac simplices officiatosque omnes cuiuscumque status aut conditionis existant. Scabinos ciuitatum ac oppidorum: uillarum: fortellitionumque omnium burgi magistris: consules eorumque rectores quocumque censeantur nomine & subditos uniuersos & singulos eiusdem ecclesiae Maguntinae eidem Diethero in nulla re obedientiae uinculo teneri: & iuramento: si quod ei praestiterunt: liberos & absolutos esse decernentes: ac mandantes eisdem & eorum cuilibet sub excommunicationis poena quam ipso facto contra uenientes incurrant: ne de caetero ipsi Diethero: aut suis procuratoribus in aliquo respondeant pareant uel intendant. Sed ipsum tanquam morbidam pecudem & pestilentem bestiam ubique deuitet. Datu Tibure anno incarnationis dominicae. M. cccclxi. xii. cal. Septebres. Pontificatus nostri anno tertio

SECUNDA CONTRA DIETHERVM

Pii Secundi Pont. Max. epistola quinta: qua refellit quædam deinceps a Diethero in suam excusationem scripta ad collegium Cardinalium.

Ius episcopus seruus seruorum dei uniuersis & singulis Christi fidelibus per Germaniam constitutis salutem & apostolicam benedictionē. Dietheri ab ecclesia Magūtina iusto iudicio depositi scripta plæraq; his diebus in manus nostras puenere: quæ ille in excusationē suam tum sacro uenerabilium fratrum nostrorū collegio: tum nobis & aliis quæ pluribus direxit. Non miramur eum qui facto resistit: apostolicæ maiestati etiam uerbis niti: ut suā cōtumaciam tueat. Qui si nihil ad eius dicta respōderemus: possent rex ignari nos qui magna clāmētia sumus usi: & a iusticiæ tramite nō discessimus aut rigidos nimis: aut iniustos credere. Statuimus igit̃ eius obiecta refellere: & suis obscurissimis mendaciorū tenebris candidā ueritatis lucē opponere: ut intelligāt oēs iniquā esse uocē ouiculæ: quæ in suū pastorē balare audet: nec ferre pmissum esse in eum assurgere: quæ secat in ea. Audite igit̃ fratres ac filii quæ ab illo dicunt̃: & quæ a nobis: & qua in parte sint calumniæ iudicate: quod ille? Excusationem suam uerbo & scriptis sese iquit fecisse: cum legerent̃ apostolicæ litteræ corā capitulo ecclesiæ Magūtinae: quibus sua priuatio & dilecti filii Adolphi de Nassan promotio declarabat̃. Auditis quod se non ignorat apostolica auctoritate priuatū: & ecclesiæ Maguntinae de prælato altero prouisum? Nec tamen obedit apostolico decreto: & in aīæ suæ dānationem ecclesiam Maguntinā uetustate ac sanctitate insignē lacerat nec se humiliat quoquo modo. Satis hac in re contumaciæ: satis inobedienciæ cernitis ac rebellionis: quid ulterius? Sine iudiciario processu contra oīa iura diuina & humana & naturalia: & contra oēm honestam obseruantiam grauatum se dicit. priuatū debuerat dixisse: quia priuatus est nō grauatus. sed iudiciarium processum requirit: & uocationē esse necessariam eius qui priuandus est: arbitrat̃: & diuina & humana iura & naturalia uiolata esse cōtēdit: & honestam obseruantiam spretam. uocari & audiri nolebat: priusquā

priuaretur: imo uero etiam dignus priuari. nolebat priuari. & mo-
ras quærebat: quibus se posset in aliena possessione roborare: &
amicos atq; adiutores sibi parare ex mamona iniquitatis: sicut po-
stea Fredericum comitem palatinum data Maguntinæ ecclesiæ nõ
parua tunicæ parte conciliatum in belli societatem attraxit. Ad
hunc effectum quærebantur induciæ & uocationis tempus: & au-
ditionis mora: & iudiciarius strepitus: & terminorum prolixitas:
sed de his postea dicemus. Nunc illud ante omnia uidendum est:
an uera & sufficientia crimina sint: propter quæ Dietherus priua-
tus est: Nam hoc præcipue iudices aduertere debent: ne quid ad-
uersus ueritatem agant: neue pro paruis delictis grauiorem impo-
nant uel pœnam uel mulctam. Cauendum est: ne quis iniuste gra-
uetur. Iniuste autem grauatur qui aut ex non ueris aut nõ idoneis
plectitur causis. Veritas est iudicii domina. huic seruiant iudices:
necesse est. peccauimus in sententiâ contra Dietherum lata. inique egi-
mus. in culpa simus: si quid ei non uerè imputauimus: repræhensibi-
les nos ipsos non negamus: si ex confictis criminibus cõdemnau-
imus: aut si non fuerunt ad priuationem eius causæ sufficientes. Sed
quid hic dubii est. Interrogemus ipsum reum: atq; ab eo ueritatẽ
exgramus: non audebit negare: quæ sunt ei obiecta crimina: nec il-
la non pua dicet Quid ais Diether? Vera ne sunt quæ in nostris
litteris cõtinentur: Quas te uidisse affirmas? ueræ ne causæ priua-
tionis an falsa? Satis idoneæ: an minus sufficientes? Si ueræ & ma-
gnæ: non es grauatus: nec iniusta sententia est: quæuis ordinarius nõ
intercessit processus. Innocentibus. n. nõ criminosis iura subueniunt
ad subleuamẽ bonorũ: nõ ad tutamẽ malorũ inuẽta sunt tæla iudi-
cii. Sin falsas & indignas adduximus tuæ priuationis causas: iusta
est querela tua: & nos iniusti: sed affer causas: & falsitatẽ ostende:
& doce: in quo loco ueritati detraximus. Ingratitudinem tibi obii-
ciemus. An non ingratißimum te præbuißti: qui benigne a nobis
Maguntinæ præfectus ecclesiæ & tam excellenti donatus honore
obtenta prioris contumaciæ uenia: impetratis: quæ uoluisti: a no-
bis mox recalcitraßti: & in conuentibus germanicis apostolicæ se-
dis eminentiam & gloriã cõminuere: & p te ipsum & p tuos nuncios
sũmo studio conatus es. Nam quo mō legatũ apostolicũ uenera

bilem fratrem nostrum Bissarioem episcopum Cardinalem pro cō
 muni causa tuendæ christianæ religionis in Germaniam ex cōuē
 tu Mantuano missum honorasti. Quo modo legationem eius pro
 mouisti: qui cōuocando clerum & populum non solum mandatis
 eius resistendum suafisti: sed contumeliosis & probrosis uerbis ip
 sum es insectatus: non nostra tantum: sed ecclesiæ uniuersalis: sed
 fidei catholicæ: sed Iesu christi negocia impediisti: & cōmuni om
 nium christianorum utilitati ac saluti te ipsum obiecisti. Scis: quia
 uera dicimus: & multi alii hoc ipsum tecum sciunt: multis & ma
 ximis beneficiis a nobis præuentus cogitasti: nec quo modo his sa
 tisfaceres: a quibus accepisti mutuum: pro solutione iurium apo
 stolicæ cameræ annexus es: sed quo modo non satisfaceres: omnē
 curam adhibuisti: pessimo illo & illaudato Alcibiadis atheniensis:
 ut uidetur: consilio usus: qui puer adhuc Pericli meditāti & anxio
 quo pacto rei publicæ de rebus administratis redderet rationem:
 conandum esse ait: ne ratio redderetur: quod ille dictum arripiens
 non minoribus calamitatibus patriam suam inuoluit: quā tu mo
 do tuam inuoluisti. An hæc ingrati animi sint: tu ipse iudica. non
 poteris non inobedientem: non rebellē: non ingratiissimū te nega
 re: Quid ultra: excōmunicatum te diximus & irregularē effectum
 non curare censuras. Quid ais: an non diuinis officiis sicut prius
 publice & in oī loco: ad quem declinas: te imisces: & sanctuarium
 domini cōtemnis excōmunicatus. Si hæc agis extra cōmunionem
 positus: quæ cuncti uident: an non irregularis effectus es: an nō
 contēnis ecclesiæ censuras: an non male de clauibus beati Petri
 sentire uideris: Si negas excōmunicatum te esse: stāt contra te ad
 modū multi parietes & hic romæ: & in Germania: in quibus uelut
 in albo prætorio publicatū aduersus te legitur anathema. pueri &
 uetulæ de tua excōmunicatione loquunt: & testimonium cōtra te
 uulgus & oīs populus præbet. Si dicis absolutum te esse: ostende
 q̄s absoluerit. Scimus q̄a non audebis a deo demēti. Si præcedis
 appellationē quā ad futuræ cōcilium iterposuisti. at hæc nō mō ex
 cōmunicationē nō suspēdit: sed alia & grauiori & piculiosiori excō
 municatione te miserè inuoluit. hæc. n. pœna est inter alias eorum
 qui tali modo audent appellare. Scis præterea si quid aliquādo de

SECUNDA CONTRA

canonibus audiuiſti: excōmunicationem: quæ præceſſit appellatio-
 nem ſequētem nec tollere nec ſuſpendere. Quid ſi appellatio tua
 nulla fuit: ut ipſe confeſſus es. Nam ei poſtea tanquam nullius
 momenti & tanquam ſtultæ interpoſitæ renunciſti: manſit excō-
 municatio: nec tu tamen ab ingreſſu eccleſiæ & diuinis officiis ab-
 ſtinuiſti: ſed ſicut prius in illis te miſces: quemadmodum tuæ lit-
 teræ etiam tua manu ſcriptæ declarāt. Quæ ſi iuſta fuiſſet appel-
 latio tuā: nō tamen iam fulminatas ſuſpendiſſet cenſuras: & ideo
 non minus te ſacris immiſcens irregularitatem incurriſſes. Vera-
 ces igitur noſtræ litteræ quæ te percuſſum anathemate nō aduer-
 tere cenſuras: & irregularem eſſe affirmauerunt: Num magna pri-
 uationis cauſa? num iuſta ſententia noſtra: quæ illum priuat ec-
 cleſia: qui clauēs eccleſiæ contemnit? Nam quomodo tollerabit in
 epiſcopatu cenſuris uti & alios excōmunicare: qui romanæ ſedis
 auctoritate excōmunicatus diuinis ſe ſacris admuſcet: & cenſuras
 omnes irridet. Quid ultra? Gregorio amburgenſi excōmunicato:
 & per eccleſiam hæretico declarato: & excōmunicati hominis nun-
 cio inhibētibus oratoribus noſtris te cōmunicuiſſe diximus. Au-
 des in inficias ire? non Maguntia tantum: ſed Nombergæ & in
 aliis locis huic pernicioſæ beſtiæ cōmunicuiſti: & ad intima cōſilia
 tua admuiſti. & ſunt: qui dictatā a Gregorio: quæ nōnulli erroriū
 uocant: ſtultam appellationem exiſtimat: quæ te præcipitem egit
 & perdidit. An paruus hic error eſt? excōmunicatū ab apoſtolica
 ſede ſacra & generalia patrū concilia recipere non audebat: & Ma-
 guntinus electus nondum conſecratus audeat. Magna temeritate
 hæreticum hominem non deuitat: ſed in contemptum primæ ſe-
 dis recipit & honorat. Si nil fuiſſet aliud: ſatis hoc ad unius epiſco-
 pi uel conſecrati deſiſtationem nemo negauerit: ſiquidem totius
 eccleſiaſticæ diſciplinæ neruus hoc pacto reciditur: quando roma-
 ni pontificis paruipenditur auctoritas. Tu uero tanq̄ hæc minima
 fuerint: maiora es auſus. Perge in litteris noſtris & pone digytum
 in appellationis articulo: qui unus ad tuā deſiſtationē ſatis ſup̄q̄
 ſatis ē. Quid uis hic dicere? exiſtimās te grauatiū: ubi non eras? ad
 futuræ ſciliū appelluiſti? & decreti apoſtolici: qđ māuanū dicit: quæ
 mantuæ in magno cōuentu cōmuni prælatorū cōſenſu editū ē: pœ

DIETHERVM

nas incidisti. non te latent: quæ illæ sunt: quippe tam grauius puni-
tur: qui ad futurum concilium prouocat: quam læsæ maiestatis
reus & fautor hæreticæ prauitatis. An tu hominem huiusmodi in
pontificatu Maguntino sustinendum putabis. Cecidisti ab omni
honore: dignitatem omnem ipso facto perdidisti: cum a deo teme-
re appellasti: declaratione opus fuit non priuatione: tu te ipsum de-
posuisti. Tua te opera priuauerunt: nos priuatum declarauimus:
& ad cautelam priuauimus. Non potes dicere non appellauimus. No-
tissima res est: extant publica documenta. Cuncti hoc nouere ger-
mani. Oeq; enim solum appellasti: sed ut appellationi tuæ consen-
tirent: & se adiungerent capitula multarum ecclesiarum: multos epi-
scopos: & multos principes rogasti. Si hoc negas: & lucidum esse
solem: & ignem calidum inficiari potes: & nihil non negare. Non
dices hoc: ad renunciationem potius confugies. Appellauimus dices:
sed appellationi renunciauimus: quando renunciauimus: quippe nõ prius
quã requisiti nomine tuo cuncti fere Germani principes adhærere
appellationi tuæ recusauerunt: & auditis oratoribus nostris con-
uentus ipse Maguntinus a te indictus tuis conatibus noluit con-
sentire: omnia prius temptasti quam cederes. Dum spes fuit posse
uincere: nunquam cessasti offendere. prius arma perdidisti: quam
desiisti pugnare. Laudandus miles: si pro ueritate non pro iniqui-
tate contendisses. Quid appellationem publice interposuisti: &
omnibus insinuasti. Renunciatio inter paucos facta est in domo
tua & nullis insinuata. In aperto appellasti: in occulto renunciauisti
ut quem non tam appellasse quam appellationi renunciauisse pude-
bat. Quæ signa hæc rectæ an obliquæ mentis iudicium est: quæ
nos honestant occulta: quæ uituperant publice agere: Quid insu-
per: An renunciatio pœnas remisit: Nunquid excommunicatus re-
mansisti: Nunquid aliis pœnis innodatus: quas ipso facto incide-
ras appellando: & nihilominus haud aliter quam prius diuinis te
sacrificiis immisces: quis te absoluit: Quis te pristinae dignitati
restituit: quis tecum super irregularitate dispensauit: quæ tua ho-
nestas: qui nos ais honestam obseruantiam uiolasse: Excommuni-
catus es: profanus es: pollutus es: & coram deo audes comparere.
Siccine deum honoras: sic eius sacra decoras: An nescis: quia

SECUNDA CONTRA

melior est obedientia quã uictimæ diuinæ maiestati derogare hoc ẽ
 nõ seruire. At oratores: inquis: tui absolutionis spem dedere: cum
 renunciaui: bene illi: tu male: qui non expectato absolutionis bene
 ficio: sordidus & coĩquinatus & maledictus adhuc coram pio deo
 audes apparere: & eius sacrificiis itersse. Episcopi hæc opera sũt?
 & scientis canonis: an latronis alicuius ab omni humanitate ab
 horrentis. Tolleranda hæc in præfule: an acrius uindicanda: & q̃s
 excõmunicationem uerebitur: si excommunicatores ipsi paruipen
 dunt a suis superioribus excõmunicati? hoc si cætera desint: dam
 nare te potuit: & damnauit: atq; indignum pontificio: indignum
 regimine: indignum quouis honore reddidit. Nec tu is eras: qui
 propter renunciationem impunitus abire deberes: qui cum semel
 impunitatem obtinuisses: peiora fecisti. Nec erant opera tua: quæ
 gratiam mererentur: cum gratia nostra fuisses abusus. Non quia
 uelles fieri melior: sed ut pœnam euaderes. Appellationem reuo
 casti. ficta fuit reditio tua: & omnis actio fraudulenta: siquidẽ ora
 tores nostri: qui tecum fuere nihil solidum: nihil certũ: nihil syn
 cærum in tuis aut uerbis: aut operibus inuenerunt: quod quidem
 ad bonum tenderet. Nec a te missi nuncii post sententiam contra
 te latam nos aduertes aliud quã uerba & ea dubia & prorsus inania
 attulerunt: ob quas res liquido apparebat appellationi te ore non
 animo renunciaſſe: & uerba tua paululum mutata esse non men
 tem. Perge ulterius non nobis tantum: sed carissimo quoque in
 Christo filio nostro Frederico Imperatori domino tuo & molestũ
 & iniuriosum te fuisse diximus. Quid hic mentiti sumus? an uege
 diximus? adsunt litteræ tuæ: quibus eum admones: ut ad conuen
 tum: quẽ indixeras: in termino præscripto se conferat: id nisi agat
 cum his qui affuerint consulturum te nationi affirmas: ac daturũ
 operam ne quid respublica detrimẽti ferat. Nosce te ipsum. Quid
 tibi hoc uidetur? Nõdum consecratus es. Nondũ tuæ cõfirmatio
 nis uidisti litteras. Nondũ regalia suscepisti: & audes cõuentũ na
 tionis indicere: & Impatorẽ ad eũ uocare: & cõminari nõ uenienti
 & reip. curam: quæ tibi non est cõmissa suscipe. Vnde tibi hæc au
 ctoritas? quis tantum tibi potestatis attribuit? ubi hanc honesta
 tem didicisti? Inhonestum est summo pontifici: ut existimas: te

DIETHERVM

non uocatum deposuisse. Noluisti in eum errorē incidere: ut non uocatum Imperatorem deponeres. Vocasti: monuisti: cōminatus es: nisi ueniret: facturum te quod rei publicæ necessitas exposceret. Scitum est: quo tendebat hæc monitio. & quid de imperio cogitabas. tua satis te conscientia mordet. nec potest esse quin te pudeat adeo aggressum honestatis terminos: ut tuum in temporalibus superiorem: tuum prīcipem: tuum dominum ausus fueris ad conuentum uelut ad iudicium euocare. Et quid tu ipse diceres: si quis ex tuis aut canonicis: aut suffraganeis episcopis ad eum te conuentum citaret: quem ipse indixisset: non inuocatum aut inauditum condemnari: sed ab inferiori ad iudicium uocari superiorē: insolita: inaudita: detestabilis res est: ut quæ summa infimis: & summis infima permiscet: & omnem confundit. Terarchiti status ordinem quod qui audet: maxima pœna dignus est. Fateberis hæc: non ambigimus: & tuum errorem tecum ipse repræhendes. Transeamus ad alia: quæ sunt reliquæ priuationis causæ. Accusaris: quod in tempore a iure definito non accepisti consecrationis munus. Posses hoc negare: si saltem hodie consecratus esses. Nō hoc dices: cecidisti ergo ab eo iure: quod in ecclesia Maguntina tibi cōpetuit: si quod id fuit: Symonia non prohibente. Sic canones sanxerunt: sic placuit sanctis patribus: qui ius pontificum condiderunt: dices non potui: Graue hoc est asserere: neque impossibilitas aliunde prouenit quam tua ex culpa. Solent: quibus ea facultas non adest: ad sedem apostolicam recurrere: quæ præstitutum proroget tempus. In tertio iam anno sumus tuæ promotionis: nec consecratus es: nec prorogationem temporis quæsiuisti: sed in appellatione tua confisus ipse tecum dispensasti ea: sed auctoritate: qua Imperatorem citare præsumpsisti: durum uerbum durius factū. Nihil hic disputationibus opus est. Iura ipsa loquuntur: si ea respexeris: nō audebis dicere: tecū esse iniuste actum. Symonia deinde cōmemorata in nostris litteris: hoc te forte grauat: quia dicit: sed grauius fuit admittere: & talibus modis episcopatū quærere. difficile enim ē principatū malis artibus acq̄situm bonis moribus gubernari: si de digna nobis sup hoc testimonia sunt exhibita: quod unus ex cōpromissariis: quē honoris cā nolumus noīare: ter mille aureos a te

SECUNDA CONTRA

acceperit: suo tibi uti suffragio subueniret: & hanc esse uulgitam Maguntiaë famam multi prodidere: sed nemo melior testis est quã tua conscientia: cui coram deo aduersari non potes: & ad eam te in hac parte remittimus: ne in re tam foeda & plus quã uelimus nota amplius immoremur. Ad ultimum pergimus: quod est in litteris tuæ priuationis omnium maximum eorum: quæ tibi obiiciunt: id est periurium & iusiurandi neglecta religio: Nam cum iurassent nuncii tui in animam tuam: quemadmodum eis mandaueras te intra certum præfinitum tempus ad nostram præsentiam accessurum. Et interea atque omni tempore nobis & apostolicæ sedi fidelem & obedientem futurum: & alia facturum omnia: quæ reliqui episcopi promittere & iurare solent. Neque ad nos uenisti: neque fidelis aut obediens fuisti. Et cum semel prorogationem temporis ad ueniendum præfixi per dilectum filium Decanum Hormacië sem petiisses: elabi eam permisisti. Neque uenire ad nos: neque aliam petere dilationem curauisti. plura tibi mandauimus: quæ a te sperata sunt: quanuis essent honesta: & legati nostri ordinationes irritasti. Ea nero quæ per aliquos principes aduersus nos & apostolicam sedem tractabantur: non modo sicut & iuramento tenebaris non reuelasti: sed reuelari prohibuisti: quippe qui unus eras & prior & ardentier inter eos qui primæ sedis maiestatem & gloriam impugnabant. Regum etiam aliorum aduersus nos odia prouocare: & in apostolicam sedem eos irritare maximo studio es annixus: & quis est in Germania: qui tua nesciat machinamenta? Quis ignorat damnabilia capitula: quæ tuo nomine conscripta sunt: & in conuentibus oblata contra romanæ sedis eminentiam & auctoritatem? An hoc periurium est? An iuramenta seruare? Quid ais Diethere? audes ne ista negare? de iureiurando præstito publica extant documenta: Quod non ueneris ad nos: ipsa res loquitur: Quod nobis infidelis & insidiosus fueris: opera ipsa docent. Testis est appellatio ad futurum concilium interposita. Testis est iniuriosa eius narratio: quæ nos collusores appellat. Testis est tua in rebus fidei contra tuos defendendæ resistentia. Testis est pernicioza machinatio: cum diuersis principibus habita. Testis tua in omnibus rebus tibi commissis cõtumacia atque rebellio. Pudet nos

DIETHERVM

ista de te dicere. pudet te periurii reum uocare: qui germanus es: & in ea natione natus i qua iurisiurandi religio accuratissime obseruatur: & perraro inuenitur: qui fidem uiolet. Emori potius germani uolunt: & tormenta quæuis pati: quam iuramenta perfringere. Sed cogit nos ipsa ueritas ea defendere: quæ in litteris tuæ depositionis continentur: ne uana & parua credantur: quæ maxime sũt solida. O bone uir quo modo ita excidisti: ut iuramenti uiolati fieres reus: & nobilitatẽ tuam tam foedo crimine maculares: quod nunquam amplius in tua familia credimus accidisse. Nemo tuorum gentilium: ut arbitramur: aliquando peierauit. & tu qui tuos maiores dignitate omnes antecessisti: primus inuentus iuramenti uiolator & contemptor fidei: nisi res esset euidentis & per se nota: nunq̃ de te tuoq; genere talia credidissemus. Nihil mirum si tuus genitor uir bonus audita priuatione tua: & quod propter temerarium iuramentũ & alia crimina id tibi acciderat: paulo superuixit: afflixit eum dedecus domus & ignominia filii. pudebat eum hoc genus probri in suam domum iam se sene illatum esse. Non miramur eum deluisse: qui te frustra sæpe cõmonuit: ne sedi apolicæ cõtrarius esses. Nos ipsi dolemus: & angimur animo: quod aduersus te apostolicæ seueritatis gladium euaginare oportuit: uoluissimus te potius obedientem & fidelem inuenisse: id nobis consolationi tibi gloriæ & ecclesiæ Maguntinæ utilitati & paci fuisset: sed cum placuisset tibi malis consiliis uso rebellionis uia: necesse nobis fuit iusticiæ tramitem non negligere. Coegerunt nos opa tua: quanuis inuitos ad tuam priuationem procedere ne dimissus i alta dignitate Romanæ: & uniuersas ecclesiæ prærogatiuas: & iura fortius iuaderes: non tui odio: sed publicæ utilitatis amore sententiã contra te promulgauimus: utinam non fecisses: quæ fecisti. utinam ita uixisses: ut ad honorẽ tuũ nos prouocasses. Nã fuit ex animo tuo primæ sedi ea præstare: quæ debeas. Absq; ulla causa cõtra matrem erexisti cornua ipsa: maximis de causis & iustissimo iudicio ab ecclesia Maguntina te amouit siue amotum esse declarauit. Scis: quia iuste priuatus es: ne potes inficias ire. Nã quid tibi obiectũ est non uerum: quid non magnum: quid non detestabile? Annon sufficientia sunt & plusquam sufficientia: quæ rettulimus ad

SECUNDA CONTRA

tuam priuationem crimina? An non manifesta sunt omnia & plus quam notoria? Quis hæc ignorat? Stat nobiscum sermo communis: & uulgata fama: & rumor populi: & uxor nobilium stat nobiscum. & conscientia tua te arguit: te accusat: te mordet: nam quamuis aliquando foris te securæ & hilarē ostēdis: Intus tamen: si uerè fateri uis: & angeris: & cruciaris: & teipso iudice sententiā nostrā intelligis esse iustissimā. Age bone uir redi ad mentē. nosce teipsū. uide cor tuū: & cum illo loquere & ita rebus tuis consule: ac si cū deo non cum hominibus agas. Noli negare quæ uera sunt & omnibus nota: de rebus ecclesiæ agitur: quas læsa conscientia & per mendacia tenere non licet: priuatus es Maguntina ecclesia: & recte priuatus. Non est illa amplius sponsa tua. Alteri nupsit. Aptiori & nobiliori tradita uiro ē. Cede meliori. Noli uexare ecclesiam: quæ te aluit. parce sanguini eius cuius es lacte nutritus: da pacem matri tuæ: & cogita: quomodo reconcilieris deo: & apostolicæ sedis gratiam recuperes: quæ te uero animo redeūtem nedum non aspiciet: sed uultu complexa benigno tuæ salutis atque honori pie cōsulet. hæc ad Dietherum. Nunc ad eius litteras reuertamur. Quid ille? Appellatiōis suæ quam a nobis male informatis ad nos ipsos bene reformandos interposuisse se asserit. Capitulum ecclesiæ Maguntinæ non adhaesisse: sed ab se recessisse cōquerit. Quid hoc ē? Nū satis magnum hoc iudiciū haberi debet mali eius regiminis: malæ conuersationis. malæ causæ: nam cur capitula ab episcopis suis recedunt. Nisi quia male gubernant: iniuste agunt: & contra præceptum apostoli tanquam dominantes in clero tyrānice uiuūt: ab horruerāt iam pridem canonici ecclesiæ Maguntinæ mores Dietheri: qui superbia quadam itollerabili: & insatiabili auaricia nūc hos: nunc illos aut ecclesiis: aut patrimoniis priuatos eiciebat: modisque inauditis ac crudelibus & sacerdotes & populares uexabat. Atque idcirco cum depositum eum audiuerunt: admodum gauisi sunt: & sententiā primæ sedis magnopere collaudarunt: atque ideo recesserūt ab eo. Nec appellatiōni eius: quam nouerāt: & iniustam & inhonestam prorsusque nullam adherere uoluerunt: nouū appellandi modum atque illicitum abhorrentes. Quid amplius? Iohannem electum treuerenensem: & Adulfum Maguntinum: & eo

DIETHERVM

rum fratres: & Lodouicum Baioariæ ducem apud Rhenum domina tenentem: tanquam secum male egerint: pluribus uerbis accusat. Quid his imputat? quid peccauere? Nempe quia nõ misso fœciale id est bello minime denunciato siue (ut aiunt) non præmissa diffidatione aduersus se arma mouerunt. At illi coram Maguntino capitulo apostolicas ei litteras reddiderunt: quibus & ipse priuatus & Adulfus electus declarabatur: & illis se uelle parere dixerunt, plus hoc fuit quam fœciale ad diffidatorias litteras mittere: si quidem præsentis maius est bellum indicere: quam absentis. Sed ait Vassallis iuramento adactis non licere domino bellum inferre: & fœdera quædam inter electores adducit: quæ uiolata cõqueritur. In litteris nostris iuramenta huiusmodi remissa ne uassallus est: ubi nõ est dominus. Ecclesia Magūtina priuatus Dietherus habere uassallos desuit: qui propter ecclesiam ei erant obnoxii, electo & cõfirmato uassalli iurauere nõ priuato atq; deposito. Nec fœdera ulla sunt: quæ romanæ sedis possint iussionibus obuiare. Si qua sunt inter electores pacta: siq; conuentiones. Non tamẽ imperium summi pontificis elidūt. Cui diuino iure debetur obediẽtia. Nec electorum uel iuramenta uel pacta Dietherum compræhendebant: qui nõdum erat elector neq; inuestitus neq; consecratus. Aut si elector fuerat: amissa ecclesia dignitatem eam perdidit apostolica auctoritate priuatus. Magnus error seruanda sibi iuramenta Dietherus etiã depositus existimat: quæ ipse felix summo & indubitato pontifici non seruauit: & plus sibi a suis subditis: qui subditi esse desierunt: quam suis superioribus a se præstãdum arbitratur: & quasi non uideat suum periurium: falso alios arguit: de periurio fidem requirit: qui fidem non tenuit. Sed quoniam se non conuictum ait & modis inauditis uexatum: quanuis satis & suis uerbis: & suis litteris conuictus est: quia tamẽ hic modus est potissimus omnium suarum querelarum: immorabimur paululum circa hunc locum: & ad ea reuertimur: quæ ab initio de iudiciario processu indiscussa reliquimus. Auditur ubiq; Dietherus clamitã: q̃a non uocatus: nõ auditus apostolica sentẽtia priuatus fuerit. Spreta eẽ diuina & hũana & naturalia iura dicit: & honestã obseruantia uiolatã audiunt hęc non sine admiratione: & sunt q̃

SECUNDA CONTRA

eum indigna passū arbitratur: & miserentur eius: & nos accusant: qui iudicarium processum id est ordinarium iudiciorum ritum & modum non seruauerimus: qui communis est apud reliquos iudices. Confidimus tamē eos: qui nostra legerint scripta: mox sententiam mutatuos. Intellecturosq; luce clarius eum seruatum esse iudicariū a nobis processum: qui fuerat in hac causa secundus. Iusticiæq; & honestæ obseruatiæ abūde satisfactū. Ad quas res manifestius cognoscendas illud in primis considerare oportet: quod alia sunt principum iudicia: alia inferiorū. Nō tanta est cuiuslibet episcopi auctoritas: quāta & romani: q; princeps ē & caput ecclesiæ: & rector & gubernator apostolicæ nauis: & christiani ductor exercitus. Aliorū episcoporum certis limitibus potestas includitur. romani præsulis dignitas nullis coartata finibus inuenitur. Cui plenitudo permessa est potestatis & dominici gregis in solidū cura mandata: dicente domino ad Petrū Pasce oues meas & iterū. Quodcūq; ligaueris super terrā: erit ligatū & ī cælis. Licetū ē beati Petri successorī & Ihesu christi uicario & cum ordinario processu uniuersali ecclesiæ: & gregi sibi cōmisso bene contulere: nec astringitur humano iudicio: qui supra humanas leges diuino est constitutus arbitrio. Nec processibus iudicariis ē obnoxius: qui processum nodos stringere pōt & soluere. Infra Papam est omnis humani iuris auctoritas: nec legum solēnitas expectanda est: cum princeps iudicat & præsertim romanus pontifex: qui est oīum principum primus ac maximus: ab ipso deo super oēs hoīes ordinatus: cui sola ueritas imperare debet: quia sola ē ueritas principi princeps: fatemur: quia nō licet a ueritate principem recedere: nec excusabilis fuerit: qui contra ueritatem fecerit: quæ principi domina est ac magistra & deo resistit qui ueritati resistit. Nam & deus ipse ueritas est: quem ante omnia iudicem intueri oportet: & propter ueritatem exquirendam uocantur ad iudicem: qui accusantur: nec ulla potestas a deo preminet: cui liceat contra ueritatem iudicare: nec alia de cā uel auditio: uel alia iudiciorum solēnitas inuenta est: nisi ut ueritas reperiatur: & tuta sit inter improbos innocentia id est ne sine culpa plectatur impotēs. Quod si ueritas inuenta est: nec dubium est de crimine: & stat nota oibus rei scelera: & ipsa puniendi mora

DIETHERVM

damnosa est & reip. periculosa. Quis non intelligit ea principē dimittere posse: quæ seruata nocent: omissa profunt. Quis ea solēnia dixerit obseruanda: quæ propter exquirendā ueritatem inuenta ueritatem ipsam occulunt atq; impediunt. Sed honestā obseruantia obicit Dietherus & uiolatam a nobis honestatē uidetur asserere: quia non fuit uocatus. honestas utiq; læsa esset: si & ueritas impugnata. Nihil honestum quod non uerum: & honestissima est ueritatis facies: huic seruiendum est. hanc nos secutos esse iam supra ostensum est: ubi uerissima esse mōstrauimus ea crimina quæ die thermo sunt obiecta. Non est igitur honestas læsa: aut obseruantia iuris uiolata: sicut paulo post dicemus. Sed diuina hic iura repetuntur: & naturalia fatemur hæc inuiolabilia esse. Nec nos iuri naturali aduersamur neq; diuino. naturale ē: ut se quisq; uitā corpusq; tueatur. Non tollimus hoc ius. patebit oī Diethero iusta defensio. Si se iuste potuerit aut defendere aut excusare. De iure diuino aliqd est dicendū quod Dietherus pro se adducit: & uiolatū a nobis asserit: facile cōtra eū sua iacula retorquebimus: ubi ē hoc diuinū ius. Lex ne Mosaica est an euāgelica: deus inquit aliqui: Adā uocauit & audiuit: priusq; transgressionis reum euerit e paradiso: & i Caym sentētiam laturus. Caym inquit: ubi est frater tuus? & iterū qd fecisti? audiuit reum: anteq̄ condēnauit: multo magis & nobis inauditos damnare non cōuenit. Pulchra comparatio: sciebat deus Adam & Caym suas manus effugere non posse. Nec erat in mora periculum. alia dei iudicia sunt: alia hominum: illius sententiam declinare nemo potest: humanæ censuræ sæpius eluduntur. Dietherus: si cum eo ordinario modo processissemus: p̄ uarias dilationes & subterfugia non solum ecclesiæ Maguntinæ: uerum etiam romanæ & uniuersalis perniciosa & sæuissima parasset incendia: quorum in plærifq; cōuentibus iam sæmina tegerat apud Norimbergam & Gambergam habitis: quæ repente & caute necesse fuit extinguere: priusquā coalescerent. Nota erant nobis pessima eius consilia: & damnabiles conatus: neq; quo tenderet eius iniquitas: ignorabamus: & manifestissima sese offerebant delicta. Tunc uocatio rei necessaria est. Tunc eum audiri qui accusatur: requirit honestas: cum de crimine dubitatur: nec mora piculum habet. At cū

SECUNDA CONTRA

manifesta sunt accusari opera: notorii excessus: notoriæ culpæ: notorium factum: & in iudicio protelando discrimen adest: & licet pfecto & semper licuit: & satius est uocatione posthabita: & aliis iuris sollempnitatibus omissis ad sententiã propare. neq; nobis uerba domini ad Habraham quisq̃ obiecerit: cum ait clamor sogdomor & gomorreor multiplicatus est: & peccatum eorū aggrauatū est nimis. descendã: & uidebo utrum clamorem qui uenit ad me: opere cõpleuerint an non: ut sciam. exempla sunt ista non leges. Multa sunt dei opa: quæ admirari magis conuenit q̃ imitari. Sed amplectamur hoc: quando ita placet exēplum deus oīpotēs: cuius oculis oīa sunt apta: descendã inqt: & uidebo an clamorē q̃ uenit ad me: opere cõpleuerint an non: ut sciam quid hoc est. An ignorabat deus sogdomitarum opera. Nemo id dixerit. Norat igitur: qd ergo: ut hoīem instruat: loquitur ut homo: incertitudinē facti præmittit. rem dubiam in medio ponit. ueritatē inquirit. angelos mittit: qui contumaces populi facta inspiciant: & cognito peccato statim secuta est ultio. Quid nos? Nunquid hunc ipsum modum seruauimus: an minus an plus egimus? multo sane mitius actum ē a nobis q̃ norma huius exempli iubet. Qui non in re dubia: sed in certissimis ac notorius excessibus & grauissimis criminibus inquisitionem fecimus: quæ non erat necessaria. Multiplicatus est clamor cleri & populi Maguntini coram nobis de malo & iniquo regimine Dietheri: Venientes ex partibus illis ad romanam curiam crebro rumore & enormia eius facta referebant. Aiebant eum: q̃q̃ uicini de rebus: pro quibus contentio quædam intercesserat: iudicium offerent: illis tamen bellum intulisse: in quo supra centum milia florenorum exposuerat ultra damna: quæ passa est ecclesia in suis agris sua culpa: regiones adiacentes incendiis: stupris: rapinis: homicidiis malisq; omnibus fuisse uexatas & maxime in agro Normaciensi: in quo die una sabbati supra septem uillas eius militia cremauerat nec senibus: nec mulieribus pepercit: quorum sanguis etiam in ecclesia fusus fuerat: & in maius altare defluerit: uicinosq; rubricauerit parietes. Aiebant & sancti Cyriaci ecclesiam Dagoberti francorum regis memorabile opus nō procul a muris Normaciensibus sitam his incendiis cõflagrasse: magistr̃q; curiæ

DIETHERVM

Dietheri sparsis pulueribus bombardarum: nequid euaderet: ignem cō-
iecisse: nec propterea tanquā sacrilegum & excōmunicatum a diethe-
ro repulsum: sed inter primos dilectum & honoratum: cum quo
etiam hodie moram trahere dicitur. Aiebant diether: qui mō sine
iuris ordine damnatum se esse conqueritur: passim subditos suos
non modo sine processu: uerū etiam sine excessu: sine culpa: sine cā
in carcere trudere: in exilium mittere: bonis patrimonialibus ac be-
neficiis ecclesiasticis spoliare: euerberare: mulctare: uariisq; modis
affligere: & tanquā tyrannum sola uolentia cum subditis agere. Aie-
bant: oīa quæ supra diximus de symonia: de periurio: de machina-
mentis contra romanam ecclesiam delegato apostolico inhonora-
to: de imperatore monito: de paruipensione censurarum: quibus ino-
datus publice se diuinis imiscet officiis: uerissima esse: & in parti-
bus illis publica atq; notoria: neq; hoc duo uel tres: sed plurimi ca-
teruatim & sacerdotes & laici eadē nobis constanti sermone affir-
mabant. Quæ quanquā nobis etiam aliunde notissima essent: uolui-
mus tamen exemplo domini descendere: & uidere an uerus esset
rumor: quem uerissimū esse non ignorabamus: misimus nuncios
nostros uelut angelos: qui oīa inspicerent: & ipsum Diether: qui
se non auditum asserit: audirent. Inspexerunt: audiuerunt: inuene-
runt maiora quæ dicebantur. Scripserunt nobis: fidelem relationē
fecerunt: & quod antea nobis erat notorium: amplius atq; āplius
notorium reddiderunt. Quibus omnibus diligenter pensatis: &
animaduertētes quod in ordinario processu periculum iminebat:
supernotorius innixi criminibus atq; excessibus Dietherum eccle-
sia Maguntina duximus amouendum: & amouimus siue amotū
esse declarauimus. Scientes quod in notoriis neq; uocatio: neq; au-
ditio: neq; sollēnitas alia expectanda est: & præsertim cū princeps
iudicat: qui primus est omnium maximus: cui sola ueritas & do-
mina est & magistra. Sed in suis litteris Dietherus. Quod si ipse
tali modo priuatus non adiuuaretur: initium esset pessimum & ta-
le: quod nemo in suo statu securus est. Tutela ergo ut ei uidetur:
protectio principum ordinarius est processus. Tenue hoc & debile
munimētū: pua securitas: minia fiducia. Securus sū: inquit princeps
nobilis & deū timens: qa non priuabor dominatu absq; tæla iuris

SECUNDA CONTRA

ordinaria: tucbor me dilationibus: mora iudicium subterfugiam: ipsa meis rebus consulet prolixitas tēporis. Citabor, itineris difficultates allegabo, dilationes obtinebo. in exceptionibus & replicationibus longa præteribit ætas. Interea uel accusator moriet̃ uel iudex: uel si me deus uita exemerit: iudicio etiam eximet. Vana sūt hæc & improbi hoīs ratiocinia: & infirma ruentis ædificii fundamenta: non his nugis solidus est principum status: iusticia: & innocentia: & amor subditorꝝ: & religionis zelus diuturnitatem principi præstant iniquitas nullis armis defendi potest. impietatē nullæ saluabunt technæ. corruere tandem oportet eos qui male agunt: & cum se tutiores existimant: tum maxime periculo proximiores habentur. uidisse se inquit propheta impium exaltatum super cedros libani & trāsuisse: & non inuenisse. nihil stabile est: quod uiolentū est atq; iniustum: nec simul habitant securitas & iniquitas. Dietherus suam causam cum alijs episcopis ac principibus cōemconat̃ efficere. Sed quæ cōmunitas cum pijs impio: quæ societas iniusto cum iustis: atq; tandem hæreditas emancipato & eiecto damnatoq; filio. Cum his qui patri obediētes in eius potestate p̃seuerāt: non agimus de principibus secularibus: quos Imperatori subiectos nouimus: & ad eum in his quæ temporalia sunt: remittimus. Nec episcopos ullos audiimus uel in Germania: uel ī alibi ea in subditos tyrannide uti. Aut in apostolicam sedem rebellionē: aut in deum impietate qua usus est Dietherus. Aliorum mitte regimen: huius intollerabile. aliorꝝ obedientiam: huius cōtumaciā: aliorꝝ erga deum oīmōdam reuerentiam: huius contēptum & uilipendium oēs norunt qui publice excōmunicatus in ecclesia dei se præsentare & sacris altaribus hæere dum res diuina pagitur: nō modo non erubescit: sed uerbis & litteris gloriatur. Non est igit̃ cur causam suam reliquis adiungat episcopis. Nec Dietherus is ē qui possit episcopis comparari: qui per consecrationem cum suis ecclesijs matrimonia cōsumarunt: & illis perfecte coniuncti sunt: non tam difficilis est electorum q̃ episcoporum depositio. Dietherus nec consecratus est: nec regalia: ut moris est: ab imperatore cōsecutus. Acq; idcirco nec princeps: nec episcopus frustra suam causam cum his iungit: quibus nec dignitate: nec innocentia potest

DIETHERVM

æquari. Sed quid reges ac maximi principes dicent. An cū Diethero sentient? Quid si uel Dux: uel Marchio: uel comes alteri subiectus in caput sui principis struxerit insidias: peracturusq; scelus òni no uideatur: nisi domus eius & ipse in ea cū coniuratis nō uocatus non auditus imisso raptim igne cōcremet̃. Quid faciet rex in tali periculo? quid alii principes agent? quis ille consultor erit: qui cōperto facinore: & ostenso discrimine mane mane rex dicat: mane paululū princeps: uoca reum: ordina iudiciū: examina testes: audi quæ contra dicuntur: da spatium defensionī: profer demū pro tribunali sententiam: quis aut dabit: aut accipiet hoc consiliū? Apud romanos qui latinas leges primi ediderūt multos ciues seditiosos & de republica malemeritos qui res nouas ac periculosas moliebātur: non uocatos: neque ordinario processu damnatos in medio foro cōmotus ad arma populus trucidauit: quos postea senatus iure fuisse cesos declarauit: & humana simul & diuina multa in hac re sese offerunt exempla. In cælo cum cogitasset ī corde suo Lucifer sedem suam ab Aquiloue collocare: & similem altissimo se redde re: non citatio uel auditio: sed prælium cum dracone legitur: & uicente Michaele sub itanea Draconis & angelorū eius eiectio. Cum que uidisset deus tempore Noe multam esse hominum maliciā: & penituisse eum fecisse hominē: atq; omnem carnem delere statuisset: uocato tantum Noe uiro iusto: per quē genus humanum cōseruaretur: reliquos omne inauditos & minime citatos imisso dilu uio perdidit Rursus murmurāte populo contra Moisen & Aaron in deserto ac dicente: uos interfecistis populum populum domini: cum oriret̃ seditio: & tumultus incresceret: non ne fugiēte Moise & Aaron ad tabernaculum immisso diuinitus incēdio supra quatuordecim millia hominū ex populo ab sq; ulla citatione perierūt. Quid Moyses ipse cum ex monte descēdens conflatilem uitulum inuenisset. Nunquid uocatio tantū Aaron: accersitis ad se filius: leui mandatū dedit: ut euaginatiis gladiis p castra discurretes occideret unusquisq; fratrem & amicum & proximum suum: quo facto uiginti & tribus millibus interfectis consecratis: ait: manus uestras hodie domino unusquisq; in filio & fratre suo ut detur uobis benedictio: nec tamē citatio iteruenit: aut pcessus iuris ordine

SECUNDA CONTRA

institutus. Cum surrexisset in populo Israhel homo iniquus: dixissetq; non ē nobis pars in domo Dauid: neq; hæreditas ī filio Ysai: & seditionem cōmouisset. Nō ait Dauid: uocemus hominem: iter rogemus: audiamus: iudicium ordinarium instituamus. Sed accersito militiae duce nūc inquit magis afflicturus est nos Siba filius Bocri: quam Absalon tolle igitur seruos domini: & persequere eū: Ne forte inueniat ciuitates munitas: & effugiat nos. Ille in Ahela occisus est a populo: & caput eius per murum Ioab traditum. Multa sunt in hunc modum exempla: quanuis Dietherus insolitum esse ait sine ordinario processu damnari quempiam: etiam si notorius sit excessus. En Diethere iterum te alloqui libet. Nouum esse ais: insolitum: inauditum. Sine uocatione: sine processu iudiciali: sine iuris sollemnitate aduersus aliquem ferri sententiam: aut ecclesia uel domino priuari. Parum certe legisse uideris nedum sacras litteras: sed ipsos etiam canones ignorare: secundum quos uita debet ordinari pontificum. Non sunt remota exempla: non aliena: non ut dicis inaudita: non extra nationem tuam: non extra prouinciam: non extra diocesim: in qua natus es: duobus de Romano Imperio in Germania: quæ tibi patria est: contentibus Octone atque Philippo: & utroque sese electum asserente refert Innocentius tertius antecessor noster legatum apostolicum in his partibus agentem denunciatoris officium exercentem ab Imperii petitione Philippum deiecisse neq; auditum & probans legati factum: sunt enim notoria inquit impedimenta ducis id ē Philippi deiecti excommunicatio publica: periurium manifestum: & persecutio diuulgata: quā progēitores eius & ipse præsumpserūt ī apostolicā sedē: & alias ecclesias exercere. In tua natione hoc actū est: & in uicina Gallia de Iothario scribit Nicolaus ad Carolū regem: cuius ille nepos erat: quod in manifestis calliditate accusantiū nō opprimitur reus. Nec tergiuersatione proprium nomen celatur. Cum sua culpa sponte se oculis omnium ingerat: & quod iu talibus iudiciarius ordo non requiritur: qui ideo tantū est institutus ut nec innocentia insidiis pateret aduersantium: nec culpa delinquentis sententiam effugeret iusti examinis. In Gallia hæc & in Germania gesta sunt: gallicam & germanicam nationem Magun

tina contingit ecclesia: res tibi propinquas narrauimus: p̄p̄inquo
 rē cupis: non deest. Idē Innocētius: cuius pauloante meminimus:
 cum Hildesensis episcopus ad Herbipolensem ecclesiā postula
 tus eo se transtulisset: nō expectata sedis apostolicæ uoluntate: illi
 co ei mādauit: nō citato aut uocato: ut administrationē Herbipolē
 sis ecclesiæ penitus reliqueret: & priuatū eū p̄pter talē excessum:
 quē nō posse notoriū nō esse dicit: priori ecclesia declarauit. Nō ex
 tra orbē hæc acta sunt aut in Asia: aut ī Africa: ī Magūtina p̄uicia
 utraq; ecclesia sita est. Et tu si quam operam iuri pontificio dedis
 ses scriptū hoc esse Maguntino pontifici: cuius te successorē falso
 iactitas: inter decretales epistolas reperisses. Quid ais? quo te uer
 tis? An satis p̄p̄inqua tibi exēpla cōmemorauimus? Accipe prop̄i
 quiora in ipsa ecclesia Maguntina: quā tuam esse dicis. Vormaciē
 sis episcopus seipsum intrusit: tanq̄ postulatus esset a maiori par
 te capituli: & inconsulto romāo pontifice administrare spiritualia
 & tēporalia cœpit. Legatus apostolicus non uocati neq; auditi po
 stulationem cassauit: quāuis ad cautelam non ex necessitate testes
 aliquos examinauit. Laudat Innocētius Pontifex maximus cuius
 pauloante mētio facta est: legati factū: quōuis solēnia iuris omiserit
 dicens excessus notorius examinatione non indiget. Idipsum affir
 mat Alexander tertius noster antecessor: q̄ ad Archiepiscopum ge
 nuensē scribens si factū est: inquit: notoriū: nō eget testiū depōsi
 tionibus declarari: cū talia p̄bationē uel ordinē iudiciariū nō req̄
 rāt. Et Ambrosius ille uir sanctissimus Mediolanensis ecclesiæ pō
 tifex: Manifesta inq̄t: accusationem non indigēt: aduersus Philip
 pum Ducē aduersus Hildesensem & Normaciensē episcopos:
 qui te longe maiores & digniores fuerunt: neq; auditos: neq; uoca
 tos latas fuisse sententias ostēdimus: & tu ais rem insolitam esse:
 & sæpe diuīum ius in medium adducis: cuius te prorsus ignarum
 non ignoras. Neq; enim idcirco de iure diuino uocationem dicere
 oportet: quia deus Adam & Caym uocauit: priusq̄ damnauit: quā
 do & alios plures absq; uocatione damnatos accepimus: exempla
 superius ānotauimus: quibus & illa sunt adiiciēda. Retro respexit
 uxor Loth contra præceptū domini: nec uocata uel audita est: an
 tequam puniretur: sed mox in statuam salis uersa inobediētiae pœ

SECUNDA CONTRA

nas dedit. Laudatur Finees Eleazari filius: nepos Aron: qui Zabrum cum scorto madianitico fornicantem nullo præcedente uel iudicio uel processu interemit: quia publica erat dei offensio & notoria. Et beatus apostolus Paulus uas electionis cui notissima erant diuina iura absentem Corinthum nõ auditum neq; citatum excommunicauit: quia nouercam suam uxoris loco publice teneret. Multa possent in hunc modum facta recenseri: quæ non sunt necessaria in re manifesta. Explorati enim iuris est in excessibus notoriis processum ordinarium non requiri: nec sedes apostolica reos consuevit in manifesto crimine: quando timetur ex citatione periculum: nec deus in ueteri uel in noua lege necessitatem citationis imponit his: qui iudicant. In fontes & iustos occidi prohibet: & iuste iudicare iubet: & a uero non deuiare. hæc diuina lex est: & naturalis & ciuilis quæ præcipit. Ne cui fiat iniuria: ne quispiam damnetur innocens. huic nos subiecti sumus: non negamus: neque nos hanc ulla in parte uiolamus: siue diuinam: siue humanam legem dicere uolumus: manifestum & notorium reum & supra modum nocentem condemnauimus: neq; quidem non uocatum: ut ipse ait: sed uocatum: commonitum: requisitum: iureiurando adactum ut ad nos ueniret: & se coram nobis ostenderet. Nam cum nos eum intra annum ad nos: ut ueniret: iuramento astrinximus: nisi ut eius uitam: eius mores: & eius opera examinaremus: & an bene in eius persona consultum esset Maguntinæ ecclesiæ: plane cognosceremus. An hæc citatio est & plus quam citatio. Noluit uenire iuratus: & uenisset citatus: magna hæc uocatio fuit: & tamen spreta est magna monitio & irrita: magna requisitiõ & uilipensa. Quid hic ais Diethere? Audes ne te non citatum aut nõ auditum dicere? quando iureiurando astrictus ad nos uenire & te nobis offerre id neglexisti: non auditus es: quia noluisti audiri: fuisses auditus: si uenisses. uocatum te negare non potes: quanuis non es uocatus ad audiendam sententiam tuæ priuationis. satis fuit te iuramento uenire astrictum non uenisse: quãdo ita notoria sunt tua delicta: ut nulla possint tergiuersatione celari. Audiuisti ne Philippi ducis impedimenta: quæ illum ab imperii petitione deiecere. Attende: si non attendisti. Eadem te præsidere in ecclesia Magun

DIETHERVM

tina prohibent: quæ nam illa sunt: excommunicatio publica: periurium manifestum: persecutio ecclesiæ uulgata. Quid ais nunquid hisdem laboras impedimentis: de periurio & excommunicatione abunde supradictum est. de persecutione etiam aliquid attigimus sed non tantum: quatum tua meretur rebellio. Volumus tibi parere: sed non pepercisti tu ipse tibi: qui per tuas litteras: quas non solum in aliis locis: sed in ualuis ecclesiæ Maguntinæ ut affigerent: curasti: palam professus es: mandasse te ut in dominiis: in quibus aliqd potestatis habes: apostolicæ litteræ præsentari aut publicari non debeant: his qui secus agerēt cū alias pœnas: tum mortē cōminatus. Obmittimus: quibus modis & quanquā crudeliter eos persecutus es: qui nobis in ecclesia Maguntina obedientes fuere: in quos ferro & igne crassatus es: & oīa tēptasti: ut ecclesiæ romanæ auctoritatē & gloriam funditus euerteres. Non ē igitur cur mirere te priuatum esse Maguntina ecclesia etiam non auditū: neque citatum: quādo notoriæ sunt offensæ tuæ: & adeo graue ut nō dignitatē mō: sed uitā quoque auferre debuerint & multo maiores quā tu es absque ordinario processu apostolicæ sedis iaculo uulnerati & deiecti fuerunt. Sed opē & assistētiam imploras principū: & rogas ne in iusticiā præualere permittāt. Idē nos petimus: & ad uos itere uenerabiles fratres: ac dilecti filii uerba cōuertimus. Iusticiā Dietheri & opā sua cognoscitis. Nolite ferre ut cōtra deū & iusticiā in aliena ecclesia præsideat. Iuuate spōsū. eiicite adulter. nec sinite ulterius sanctam ac nobilem ecclesiam ab hac singulari fera per uolentiam & tyrannidem laniari: uastari: annihilari. Scitis: quia nostrum est de pontificalibus ecclesiis iudicare. Sequimini iudicium nostrum: qui non absque maximis & urgentissimis causis ad priuationem Dietheri processimus: neque ad eam deuenissemus: nisi: & Maguntinæ: & Romanæ: atque uniuersalis ecclesiæ utilitas ac necessitas id postulasset. Quod si quis dixerit hoc modo Maguntinum: & clerum populum multis expositum esse calamitatibus: & illam ecclesiam crudeliter & immāissime uexari propter ea: quæ secuta sunt: bella. Dicimus non potuisse nos diuinare: quod palatinus Comes propter aliqua ecclesiæ castella & oppida aduersus iusticiā arma sumeret. Nec erat credibile nobilem

SECUNDA CONTRA

principem usque adeo terminos honestatis egredi: ut & Maguntinam ecclesiam suis bonis spoliare: & romanam sedem impugnanre uellet. Quod si reuerentia eius non interuenisset: iam Dietherus cedere statuerat: & parua contentus prouisione liberam dimittebat Adolfo ecclesiam. Solus palatinus mala ductus cupiditate concordia impediuit: & pacem illarum partium non sine suo dedecore atque infamia perturbauit. Illud autem scimus quod per hanc Dietheri priuationem multa impedita sunt machinamenta pessima: quae aduersus apostolicam sedem & ipsum Romanum imperium parabantur. graua sunt: non negamus mala: quae Dietherus priuatus ecclesiae Maguntinae & uicinae intulit regioni: grauiora & maiora non priuatus intulisset. Et ipsam Maguntinam ecclesiam: quamuis modo patitur: breui tamen respiraturam putamus: cui tanquam peculiari filiae auxiliarem manum nunquam detrahemus: neque palatinum comitem existimare possimus in hoc suo errore diu mansurum: quando absque suorum consiliariorum sententia Dietherum adiuuare decreuit: recognoscet cito seipsum: arbitramur: & suam potius nobilitatem: quam Dietheri rebellioem sequetur. Sed reuertamur ad litteras: quibus haec responsio instructa est: adiicit ulterius in suis litteris Dietherus se iuri statumque coram Imperatore: coram electoribus Imperii: & coram multis aliis: quos nominat: aut coram uno eorum & adimpleturum quicquid ab illis: aut eorum aliquo per iusticiam fuerit definitum: efficere eum debere: & si parum hoc uideatur: oblaturum etiam maiora se pollicetur: & hoc ideo se facere dicit: ut quilibet intelligat dimembrationem: destructionem: sanguinis effusionem: & alia mala suae ecclesiae: & omnium se abhorrere: pulchre loquitur optima uerba. Si mens his consona esset: sed neque dicta neque scripta cum animo concurrunt. Aliud ore proptum est: aliud in corde latet: fauores sibi & blandas aures his artibus medicat. Quippe si Maguntinae ecclesiae dimembrationem aborruisset: ut ait: oppida illa munitissima & opulenta: quae supra centum milia auri nummum nonnulli existimant: palatio comiti: ut arma secum iungeret minime tradidisset. si non fuissent ex animo suo incendia: rura quamplurima: & sacras aedes non iussisset exuri. Sed necesse hominum & sanguinis effusionem aegre intueretur: non sumpsisset hoc bellum aduersus

DIETHERVM

apostolicam sententiam: quod non potest non cruentū esse. Vidi-
mus suas epistolas uni ex amicis suis propria sua manu exaratas:
quibus magnopere se iactitat & gloriatur: quod multas vastauerit
& incenderit uillas: & maiora minatur his: qui suæ rebellioni no-
lunt adhærere: & quasi leonis immanissimi ac ferocissimi Draconis
ostendit animum: & quis minarum & cædis plenus existat censu-
ris grauioribus innodatus anathemate percussus extra ecclesiam
factus: id singularem tamen sibi laudem existimat: quod cū clero
Magūtino uel coacto in ecclesia cantat: & diuina prosequitur offi-
cia: atq; id serio triumphat: & in eo se magnopere laudat: non ani-
maduertens quantā deo contumeliam irrogat: & quanta se cumu-
lat ignominia more perfidi peccatoris: qui cum in profundū ma-
lorū peruenerit: contēnit. Sed arbitratur offerendo iudicium quere-
lis sese omnibus satisfecisse. Multos offert iudices iam iudicatus
de iudicio iudicium: de sententia sententiam quærit. damnatus ē
& iuste damnatus. Super notorio excessu lata est sententia de ma-
nifestissimis & atrocissimis delictis iudicium prodiit: & a suo iudi-
ce & a prima sede reprobatus est Dietherus: & tamen audet graua-
tum se dicere & iniuste damnatum. Cōmune hoc uitium ē. nemo
seipsum accusat. nemo sentētiam contra se latam probat. Diethe-
rus tamen si conscientiam suam intuebitur: & uerum fateri uo-
luerit: nihil horum negabit: quæ per nos dicta sūt: & uos uel pau-
lulum inuestigabitis facta eius notoria esse. crimina intelligetis:
propter quæ ad suam priuationem uentum est. Ipse si sapiet: acq-
escet iudicio nostro: nec perget ulterius uexare Magūtinam eccle-
siam: sed pacem illi dabit: quæ prima porrexit infanti diuini lactis
ubera: & christianum eum effecit nec se sinet ulterius malis consi-
liis deprauari. Vex quia se appellasse a nobis male informatis: ad
nos ipsos bene informandos asserit: ut supra rettulimus: & in litte-
ris: quas sacro collegio de hisdē rebus scribit seipsum corrigēs ap-
pellationem hanc uerius supplicationem nominandā affirmat: &
audientiam petiit. Dicimus nostrum non esse supplicantium pre-
ces non audire: supplicanti sibi nunquam denegabimus audien-
tiam: & honesta petenti nūquam erunt aures nostræ clausæ. Neq;
Dietherus neq; alius quisquam ea: quæ iusta fuerit: a nobis frustra

SECUNDA CONTRA

regret. Sed arbitramur Dietherꝰ his artibus subterfugia quærere
 & inique suæ causæ mendicare fauores : neque id esse in corde q̄
 in ore: quemadmodum opera sua palam ostēdunt: qui non solum
 ecclesiæ Maguntinæ agros deuastat atq; incendit : sed uastare &
 incendere gloriatur: & pulchrum ducit illam ecclesiam uexare &
 ad ruinam deducere: quæ se usque in hanc ætatem pie ac benigne
 nutriuit. At uos fratres ac filii præstantes: quos syncæro corde &
 mente pura diligimus: audiuitis & ipsum & nos: & iam non igno-
 rare potestis: ubi sit ueritas. Iudicium nostrum áte oculos uestros
 ponimus. assistite apostolicæ sedi matri uestræ : & maguntinæ ec-
 clesiæ afferte ne pereat in manibus adulteri. Iuuate: ne tot animæ
 sub excōmunicato & damnato homine periculum subeant. Adeste
 sententiæ contra impium latae. Non potuit habere pacem domus
 David: nisi Absalon filius eius in bello cōtra patrem caderet. Nec
 magūtina ecclesia pacabit̄: nisi Dietherus auferat̄ ab ea. date ma-
 nus. eiicite pestē. neq; misereamini eius: qui sui non est misertus.
 Nolite illi esse amici: q̄ deo est inimicus: piurius est (ut diximus)
 & hostis ecclesiæ romanæ. Nō ē crudelitas hūc expellere ex aliena
 domo: q̄ aliū de sua conat̄ eiicere. piū erit in hac re fuisse crudelē:
 Sicut pia fuit Heliæ austeritas & beati Petri seueritas: quorꝰ alter
 bis quinquagenos igne cōsumpsit: alter Ananiam & Saphirā subita
 morte dānauit. Expediit ecclesiæ iudicium facere ecclesiastico teste
 q̄ ait ex eo quod nō cito proferit̄ cōtra malos sentētia: absq; ullo ti-
 more ppetiunt̄ filii hoīum mala. Aīaduertimus cōsilia: & opa die-
 theri. uidimus malignos eius cogitatus ex factis: quæ secuta sunt.
 priuauimus ipsum: ueriti ne amplius iniquitatē eius tollerātes qua-
 deum contēnit: dei erga nos irā prouocaremus: dicēte Augustino
 si ea: de q̄bus uæhemēter offendit̄: ulcisci differimus: & ad irāscen-
 dum utiq; diuinitatis patientiā prouocauimus: fecimus quod erat
 in nobis: ne Dietheri exēplum alii sequerent̄ . Nunc uestrum est
 curare: ut apostolica sententia executioni demādet̄. Adolfo electo
 auxiliū præbere. Magūtinae ecclesiæ pie cōsulere atq; ita efficere:
 ut oēs nationes intelligāt apud germanos nobiles & potētissimos
 p̄cipes nullū esse aut peierātibus aut excōicatis refugium. Datū
 Romæ apud sanctū Petrum Pridie cal. februaryas. Mccccxi.

SIGISMVNDVM MALATESTAM

Pii Secundi : pont. Max. ad demerita Sigismundi Malatestæ: & ex communicationem eius epistola siue oratio septima.

IVS Episcopus seruus seruorum dei uniuersis Christi fidelibus salutem & apostolicâ benedictionē. Discipula uetatis: ac magistra fidelium apostolica sedes perseverantes in obedientia filios omnibus tum cōmoditatibus tum honore insignibus atq; ornamentis cumulare contendit: Nec eos: qui redeunt ab errore: contemnit: sed perbenigne susceptos toto caritatis sinu complectitur. At quos iugo parentis abiecto uitiorum cœno sine spe reditus immersos agnoscit eiectos de domo domini: & ab ecclesia militanti precisos acriter punit: ac persequitur. Eius enim qui reip. præsidet: triplicem esse curam oportet: Primam ne subiectos labi permittat. Alteram ut lapsos in uiam reducat. Tertiam ut affixos malo: & prorsus incorrigibiles ita coerceat: ulciscatur: exterminet: ut eorum pœna reliquos a peccato deterreat. Sic legumlatoribus placuit latinis: græcis: hebræis. Sic nos docuit legifer noster in euangelio Ihesus christus: qui discipulis suis uiam uitæ aperiens multis eos sermonibus hortatus est: ut in caritate in fide: in officio perseverarent. Et quoniam discipulus ille: quē præcipue dilexit: integer uitæ scelerisq; purus: uirgo permansit in æuum: de ipso inquit. Sic eum uolo manere: donec ueniam: & in cruce leuatus matrem uirginem uirgini commendauit. Petro autē: cuius negatio & abiuratio in euangelio legitur: & tu ait aliquādo conuersus confirma fratres tuos: & Thomæ resurrectionis incredulo. Infer digytum tuum huc: & uide manus meas: & affer manum tuā in latus meum: & noli esse incredulus: sed fidelis. At de Iuda: quē in omni nequitia cōfirmatum: & iam membrum diaboli factum nō iguorabat. Necesse est: inquit: ut scandala ueniant. Sed ue homini illi: per quem scandalum uenit. Iudas enim æterno igni destinatus laqueo se suspendens crepuit medius. In Iohāne igitur & aliis compluribus dominica ualuit exhortatio: ne corruerent. In Petro ac Thoma commonitio: ut lapsi resurgerent. In Iuda punitio: ne cæteri delinquerent. Sed ecce iam alium nostro tempore Iudā non inferiorem scariotæ Sigismundum Malatestam perditionis filium

CONTRA

extra matrimonium natus: turpiter educatum: foedissime adultū monstrum horrendum ingens: nulla uirtute redemptum a uitiis mendaciorum: & totius iniquitatis mirabilem artificem: qui nostram ætatem omni flagitiorum genere foedauit: qui non flaminiam tantum: in qua natus est: prouinciam: sed Picenum: sed Emyliam: sed Galliam: sed Italiam: sed Europam: sed omnē fere terrarū orbē turpissima ac teterrima sui nominis fama repleuit: hūc nos non sumus hortati: ut in bono p̄seueraret: quem nunquam inuenimus bonū. Non rogauimus: ut uirtutem retineret: quā nunquam cognouit. Non petiuimus: ne fidē: ne religionem exueret: quā nunquam induit a puero: a teneris: ut aiunt: unguiculis uitiorum sectatus ē iter: quæ cū artibus secum creuere: & cum annis peruenere ad summum. Nec quisq̄ unq̄ tam auide aut pecunias: aut honores accepit: quā hic nefādas libidīes. flagitiosasq; uoluptates cupide arripuit: hausit: ībuit. Ita q; turpi ex puero turpiori iuvene uir turpissimus ac sceleratissimus euasit. Nā quæ regio ī terris tā remota: tam barbara: tā inaccessa: quæ huius perditissimi hominis īmania & abominanda ac nefanda scelera nō audierit: cognouerit damnauerit? Nostras certe aures: quanuis in minoribus constituti flauianis: quæ nunc Viēna dicitur: apud Danubii ripam morā traheremus: turpissima Sigismundi facta rumore tetro non sine īfama neminis italici sæpius pulsauerūt. Nihil est enim tā uolucere quā scelerata fama delicti. Nil tam facilius emittit̄: nil citius excipitur: nil latius dissipatur. At cū in Italiā reuertissemus: & primo Cardinalatus honorē: mox sūmi pontificatus apicē non nostris meritis: sed diuina dispensatione consecuti essemus. Cum q; Mantuanū conuentum pro cōmuni salute indictū peteremus: priō Florentiæ: deinde Mātuxæ ab hoc homine cōuenti fuimus: multum q; rogati ut pereuntis misereri uellemus: & afflictō pacem reddere. Hunc olim Alphonsus clarissimus Aragonū ac Siciliae Rex in bello quod aduersus florentinos potentissimū Eihurixæ populū struebat: magno auri pondere dato cōduxerat. Sed mox ab eo deceptus proditusq; ē. Sigismūsus enim nouo inaratus auro ad florētinosq; florētes opes defecit: & quis florentinis parū fidelis fuerit. Alphōsi tamē conatus magna ex parte p̄fregit: cuius cōsilia prodicione

SIGISMUNDVM MALATESTAM

ac tráffugio inopinato præuenerat. Ob quã rem cū postea pax Ita-
 lica constitueretur: & fœdus uniuersale pcuteretur cōsensu omni-
 um: Sigismundus: q̄ regem pdidisset: extra fœdus factus est: & pu-
 ninendus regi dimissus. Alphonfus paulopost Iacobū piccininum
 copiarū ducem non instrenuū aduersus eum misit: qui iūctus Fre-
 derico nobili Vrbinatiū comiti: debitas pœnas a scelerato prodito-
 re repeteret. Cœpto bello: & aliquãdiu ducto: Alphonfus diē obiit.
 Ferdinando filio non solum regni Siciliae: sed iusti odii ac belli hæ-
 rede relicto: Cui factō haud dissimile illud Dauid fuit. Qui mori-
 ens Solomonem rogauit: ne uel Ioab iterfectorem Abner & Ama-
 se uel Semei: qui sibi eunti ad castra maledixerat: maledictōe pessi-
 ma iultum abire sineret. Urgebant Piccininus & Fredericus: hostē
 præmebant: exterminabant nunc hoc: nūc illud oppidum expugnā-
 tes. Multi quoq; sua sponte e Sigismundi subditis deficiebāt. Cū
 neq; uim hostis: neq; sæuiciam domini perferre possent: circūibat
 Italiã fractus animo Sigismundus & modo Venetorū opē: modo
 Florentinorum auxilia implorabat. Supplex squalidus mutata ue-
 ste tribunalia cuiusq; principis adibat: ut sui misererentur: non si-
 ne lachrymis ac singultibus orans. Sed nullum inuenit qui ferret
 opē latroni & proditori. nemo consulendum putauit. Intellexit in-
 felix uerum esse prouerbiū: quia non tam proditoris persōa pla-
 cet. quam proditio. Exercent aliquando proditores uiri prudētes:
 & boni diligunt nunq̄ Venerant iam Sigismundi dies iam iræti-
 ta erat bestia iam ceciderat in casses Leo. iam peccandi finem fecis-
 set: nisi nos ei misericordiam fecissemus. Perisset homo nefarius:
 nisi nos ab eius capite periculum auertissemus. Perisset fex Italiae
 perisset christiana perniciēs: perisset orbis uenenum: nisi nos com-
 muni omnium pesti abstulissemus pestem. Sed decepit nos falsus
 hominis sermo & composita fictaq; ad commouendam misericor-
 diam facies. Venit ad nos supplex flens eiulans habitu uultuq; de-
 iecto & miserabili & aduolutus genibus: cum lachrymis ac suspi-
 riis auxilium petens Diuinam maiestatem iquit: secum misericor-
 diter egisse: quæ pro peccatis flagellatum nō occisum se uoluisset
 cognoscere: se suos errores deum multifariam multisq; modis of-
 fendisse. Latrocinia: adulteria homicidia: sacrilegia sæpenumero p

CONTRA

petrasse. Diuina & humana iura peruertisse. Mille se mortibus dignum. Sed intelligere tunc demum in quo malorum profundo fuisset quas poenas: quæ supplicia meretur. Abhorrere præteritos mores uicturum deinceps ut christianum decet. Gaudere quod percussus fuerit. Orare pacem & finem laborum Sigismundum: si quietem consequatur: eam uitam ducturum: ut intelligant omnes manum domini excelsam fuisse cum eo. Vicerunt nos lachrymose preces Correctum putauimus & emendatum tot flagellis hominem: nec aliud in ore: aliud in corde credidimus esse. Venit in mentem nobilitas domus: neque malastarum antiquæ profapiae ferendum interitum existimauimus. Subierunt animum pauperes agricolæ: qui pro deliramentis dominorum plectuntur. Et illius psalmistæ meminimus: quia dum superbit impius. incenditur pauper. Vertebantur ante oculos belli turpia: rapinæ: adulteria: incendia: cædes. Et armatos omnia facere: ex quibus ira dei prouocatur omnipotentis. Et quis Sigismundum uel confessum supplicio quouis dignum arbitraremur. Illud tamen nos (ut scit) quod pios cum impio preuidebimus: Nec tam puniri nocentem quam innocentes plecti: Satiusque censuimus dubia pacis bona: quam certa belli mala subire. Accepimus igitur arbitrium: quod illustris rex Ferdinandus & Fredericus comes Vrbinatium ex una parte: & Sigismundus Pandulfus malastata ad nos ex altera misere: In cuius uim post multos tractatus multosque labores sententiã promulgauimus per quam inter cætera iussimus: ut pax prior & amicitia inter partes rediret. Sigismundus intra biennium nulli militaret: qui Ferdinando esset inimicus. Arces quasdam & oppida nonnulla Frederico restitueret. Senam: Muldauiamque & alia pleraque loca apud nos deponeret. sibi: quæ armis ablata esset redderet. Ferdinandoque eam pecuniæ quantitatem dissolueret: quam nos definiremus qui neque ultra sexagintamillia aurei nummi: neque infra quinquagintamillia condemnari eum essemus. Cuius rei arbitrium in aliud tempus rettulimus: cum potestate prorogandi totiens quotiens nobis placeret. Acceperunt partes arbitramentum nostrum: ratumque habuerunt: & laudarunt. Subiecta poena centummillium auri florenorum aduersus eum: qui pronuntiatis: aduersaretur. Atque omnia Sigismundus non per nuncium aut legatum: sed per

SIGISMVNDVMMALATESTAM

seipsum ore suo illo procaci & impudico ac semper mēdaci appro-
 bavit: & iureiurando firmavit. Quibus pactis Sigismūdū hortati
 sumus: uti beneficium magni dei recognosceret: ut præsenti rerū
 statu contentus satis sibi pulchrum domiciliū esse: satis amplum
 dominiū iudicāret: nec maiora cōcupisceret Futuræ diuitiē: si partis
 contentetur. Sin fines ampliare nitatur: nunquam satis habiturū.
 Reminisceretur: quo fuisset ī periculo Deo gratias ageret: qui nō
 secundū peccata sua: sed secundum solitam clāmentiam secū egis-
 set. Dignum fuisse ultima omnia perpeti: qui tam scelestam: tam
 perditam: tam nefandam uitam duxisset. Admonitum se tot cladi-
 bus non punitum crederet. Corrigeret se tādem: finemq; poneret
 iniquitatibus: parceret rapinis: parceret adulteriis: parceret crude-
 litatibus: parceret tandem fallere ac prodere homines. Non supio-
 res tantum: sed etiam pares atq; inferiores: deumq; potius mileri-
 cordem quā ultorem experiri uellet. Nec misericordiam speraret
 nisi correctus. Egit nobis gratias Sigismundus: cum soli solum al-
 loqueremur: & mōneremus. Promisitq; optimum se posthac futu-
 rum: qui fuisset pessimus. Sibi enim nunquam media placuisse ad
 summa semper aspiranti. Sed cum plane peccatis omnibus se in-
 quinatū affirmaret: Illud tamen nunq̄ fateri uoluit: quod sæpe de-
 mendaciis eius sibi obiecimur. Sed quotiens nos accessit: semper il-
 lud in primis uerbū in ore habuit. Nunquam ego mendaciū dico.
 Cumq; maxime mētiretur: tunc potissime se mētiri inficiabatur:
 siue quod praua cōsuetudine institutus inter uerū falsumq; nihil
 distare arbitrat̄: siue quod mutatis rerum uocabulis: quod nos ue-
 rum: ipse falsum appellat. Sic tamen a nobis e Mātua discessit: ut
 pariturus sentētiaē: & uitam reformaturus uideretur. Sed omnia
 falsa ficta atq; insidiosa reperta sunt: quæ dixit. Nam neque im-
 peratis paruit: neque mores mutauit. Sed ut primum habita pace
 domum rediit: pristinum uiuendi ritum turpissimasque uolupta-
 tes ac sæuiciā & infidelitatem resumpsit. Neq; enim facile est ho-
 mini sceleratissimo corroboratā iam uetustate maliciā omnino re-
 linquere: quanuis ad breue tempus intermittere possit. Rediit igitur
 ad ingenium Sigismundus. Et cum inter cætera quæ Frederi-
 co reddenda erāt oppida: unum esset opportuno loco situm: quod

CONTRA

Petram rubram appellant. Nunquā hoc restitui passus est Oppidanorum resistantiam causatus qui nolent mutare dominum. Tanquam subditorum uoluntas exquirenda esset: aut uideri cuiquam uero simile possit: et libenter subesse homines: qui neq; liberos: neq; uxores: neq; fortunas ullas in bonis suorū cuiū proprius esse sinit. Sed facile sex aut octo rusticos circunuenit qui minis metu munere inducti arcē: quæ ultro aperta eis est: furarentur: dicerētq; nouum dominum nolle admittere. Nō enim quid esset credibile: sed quomodo fallaciam strueret: cogitauit fictus falsusq; nugarū iuentor. Atque his technis dolisq; nitidum se fecit: & summā fraudem dicit esse prudentiam. Arces uero: quas apud nos deponere debuit: diu retentauit: expectans si quid oriretur: per quod fallere fidem sine periculo posset. Quod ubi non successit: fecit: quod potuit. Vacuas omnibus armamentis & his: quæ sunt ad uictum necessaria: turres arcesq; dimisit. Arbitratus eo pacto facile sibi occasione dari quæ eas inuadere ac recuperare posset. Insidiatoribus dimissis: qui dies noctesq; præfectorū uigilias: excubiasq; fallere conarentur. Ac per hunc modum cum præfectos arcis Montis martiani per oppidum parum consulto uagaretur: ab oppidanis iubente Sigismundo interceptus est: & arx occupata. Quauis suo more Sigismundus multa mentitus præfecti libidinem accusauerit intollerandam oppidanis. Audiendus si adiecisset indignum esse oppidanorum coniuges & suis aliorum uexationibus parere: Satis miseras esse si se patiantur: Sed minime hoc pacto Muldauii arcem ademptus est. Auaricia præfecti portam aperuit. Vicit auro auarum hominem: qui sæpe uictus est auro. Inuenit sibi similem: quem pecunia corrumpere. Multos frangit execrabilis auri fames: haud ineptus ille: qui ait. Expugnabilem omnem esse arcem: quam onustus auro posset Asellus ascendere. Nouū tamen hic falsitatis commentum falsus ueterator inuenit. Tabellionem adduxit: qui publico instrumēto attestatus est uenisse hominem: qui sese dixerit a nobis missum ut præfecto mandaret arcem tradere. En scelestē quam facile mendacia nectis: nec tuam intelligis turpitudinem. Adeo ne stultos esse hoīes iudicas: ut hæc credant? Alus fortasse crederēt. tibi credit nemo. Nota est omnibus tua cō

SIGISMUNDVM MALATESTAM

fuetudo. Nemo te non fictū: falsum: insidiosū: mendacem nouit. Quidquid ex te uenit: suspectum est. Sic tuæ legūtur epistolæ: tāquam ex domo luciferi ueniāt. Sic tuis uel dictis uel scriptis fides habetur: tanquam ex ore dæmonū prodeant. Dixit homo se missū ut iuberet arcem tradere: quis huic nūcio pareat? Quis homo ille fuit? An ex domesticis nostris? Non audebis hoc dicere quāuis turpia quæ eius audes. Si non fuit domesticus: signū igitur habuit: quod fidem faceret. Sed neq; hoc asseruisti. Nihil de signo dictū litteras ne nostras attulit? Neq; hoc præsumis dicere. Quid igitur agis? Homo uenit: qui se missum a pontifice dixit: ut arx tradere tur. Siccine tradūtur arces? Huic præfectum credidisse credemus? Nihil agis nequam. Nota est fabula: terrore mortis coegisti: quæ uelles: hominem dicere. Scripsit Tabellio: scripsit. Non negamus. Sed male: Sed false scripsit. Quauis ea uerba scripsit: quæ minis coactus homo dixit. Debit enim non dicti tantū: sed metus quoq; testimoniū suo scripto perhibere: Sed nihil apud Sigismundū sincere fit. Est quoq; notarius pœna præsens: Nisi quæ iusserit ānota uerint: & in publicā formā redegerint. Quauis exemplū domini multi sua sponte sequātur. Intellexit tamen aliquando Sigismundus ridiculū esse testimoniū hoc: Mutauitq; fictionem & affirmans sibi cōpertū esse: quæ arx Muldauii Frederico urbi nati p̄dēda esset. Huius quoq; fallaciæ publica istrumēta fieri p̄curauit: apud quē facilius falsos notarios: quam ueraces inuenias. Est enī hoc fere ī omni regione ut tales sint subditi: quales principes. Neq; tutus ē apud iniquum locus bono. Qua patuit Sigismundi potestas: nulli ueracem esse licuit. Ne malum edictum fuerit: quod instrumētis Arimini Faniue factis fidem abrogaret. Sed alia prosequamur. Obmittimus quanta macchinatus est in Comitē Urbinatē: posteaquā pacem pepigit: quanta cū Piccinino: quanta cū Principe Tarentio: quanta cum francis aduersus Ferdinandū molitus est. Ea nunc p̄sequimur: quæ contra nos & Romanā ecclesiam matrem & dominam suam fabricauit. Senam sicut & Muldauiam inuadere conatus est. Quod cum non succederet: molas quasq; perfregit. Cōmeatum mari missum armatis nauiculis interceptit. equites: quos Rodolphus Camertinus uir fide atq; honestate præditus iussu legati

CONTRA

nostri præsidio mittebat: a tergo inuasit: & aliquos interfecit: aliquos cepit: iussitq; nūquam uisa aut audita testari. Vt sunt hominis artes insidiosi ac pusillanimi. Ciuitates non paucas ecclesiæ romanæ subiectas ad defectiōem sollicitauit: ab Ancōitanis mercæ de cōductus aduersus hesinos subditos nostros absq; scitu nostro cepias duxit. Castellū unum expugnauit: & late populatus agros multos mortales & omne pecus abegit. Sic pmissum: sic iusiurandum: sic fidem seruauit Sigismundus. Sic ille gratus: sic ille memor est accepti beneficii. Hæc nobis pro pace data reddūtur præmia, hos plantationis nostræ fructus excerpimus, hos manipulos metimus laboriosæ sementis. Nec alio stipendio digni sunt: qui latrones seruant. Crux illi expectāda ē: qui dignum cruce redemit. Decepti amici nos decepere. Errauimus. Mutatum cor Pharaonis & Iudam conuersum putauimus. Nomen nos pacis illexit: cuius est mirifica suauitas. Miserti sumus pauperulæ plebis: & nobilitati blandæ conciliatriculæ: quæ non uidebat̃ arrogans: duximus ignoscendū: nec mentiri semp̃ mēdacē existimauimus. Sed digna est hæc ultio. Digne plectimur: q̃ pœna dignū puniri non sinimus qui fidē habuimus: infideli & hūani aliqd̃ pessimā ferā præ se ferre credidimus. At ille dei & totius hūani generis infēsissimus hostis teterrima sua scelera tanquam egregia quædam facinora palam cōmemorat: & collaudat: & gloriatur ī suis iniquitatibus pulchrū que ducit ac generosum inter eos annumerari: qui arcem pfidiæ & totius malignitatis summam tenuerūt. Nec suauius ei nomen est quā Dionysii: quam Phalaridis: quam Busiridis: quā Mezētii. Nullus apud eum in honore sacerdos: nulla reuerentia legū: nulla uirtutis præmia: nulla bonarum artiū studia: honestarū emolumēta res fures eripiūt: Latrones: incendiarii: sicarii: lenones: ac falsarii. Quæ cum nos multis referentibus accepissemus: moresq; hominis detestātes tāta esse audacia nequicia perfidia baptizatū quē piā miraremur. Accedens ad nos fisci pcurator conturbatū se fama publica dixit de Sigismūdi criminibus: quæ tota Italia uulgo haberentur. Nec malignorum aut uiliū hominum: sed bonorū & grauium confirmata sermonibus: Adeoq; scelera illius nota esse: ut magna ex parte notoria dici possent: nec dubium quenquam

SIGISMVNDVM MALATESTAM

facere: quin Sigismundus adulter: homicida: parricida: piurus: proditor: incestuosus: sacrilegus: latro: incendiarius: excōmunicatus blasphemus: atq; hæreticus esset: expressitq; multos casus: ex quibus hæc colligi possent: petitq; a nobis: ut eum tanquam talem plecteremus: & pœnis subiiceremus iuxta cāonicas sanctiōes & iura tam diuina: quam humana condignis. Quibus auditis quanuis prius intellectis accesserint pauca ipsa. Tamen tot flagitiorum tātorum tam immaniū: tam atrociū: tam nefandorum recensioe mirum in modum horruimus: multumq; uicē Italiae doluimus: quæ tam horridam bestiam: tam uirosam: tam tetrā: tam periculosam tandiu pertulerit. Volentesq; animo quonā modo mederi huic morbo possemus: nihil antiquius existimauius quā scabiosam pecudem gregi noxiā ex ouili dominico procul eiicere. Imitariq; sanctum illum Moysen: qui lepra infectos ab Israeliticis castris iussit emitti. Verum quia iudiciarius mos requirit: ut audiatur reus antequam iudicetur. Si quid forsitan sua uelit afferre innocentia Nam & dominus Adā: ut in Genesi legimus: prius audiuit: quā cōdēnauit. Et Caym dixit. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et de Sodomitis descendam inquit: & uidebo: si clamorem qui uenit ad me: opere compleuerit. an nō est ita ut sciam. Volētes igitur & nos inquisitū reum audire: si forsitan uel correptus: uel innocens ostendi posset: cōmissimus dilecto filio nostro Nicolao tituli sancti Petri ad uicula presbytero Cardinali integre fidei uiro & doctrina excellenti prædito: ut Sigismundo corā se personaliter et per edictū uocato de criminibus istiusmodi instructionē acciperet & siue ille ī iudicio se sisteret siue illuderet: causā nihilominus cognosceret. Testes examinaret: scripturas inspiceret: & alia faceret quæ in talibus iudiciis necessaria sunt usq; ad sententiam: quā nobis reseruauimus promulgandam. Cardinalis suscepto mandato cum auditis non nullis testibus fide dignis magna laborare infamia Sigismundum neq; patere ad eum tutum accessum repisset: per edictum monuit eum: ut intra dies triginta a die publicatiōis monitorii cōputādos corā se psonaliter cōpareret allegaturus cās cur nō deberet de præmissis criminibus cōdemnari. Fuitq; monitorii pluribus in locis executio facta. Ex quibus non est dubitādum

CONTRA

quin ad eius noticiam peruenerit : cum uicina sibi essent & ualde propinqua. Expectata est ipsius comparatio ad tempus in monitorio definitum. Sed inobediens Christi mandatis uicarii quoq; præcepta contempsit: audiuit oia surdis auribus. Neq; ipse uenit: neque alium suo loco misit. Non est hic: qui paulo auscultet præpositis obedire iubenti. Male se subiicit homini: qui deo subesse recusat. Neq; humanas reueretur leges: qui respuit diuinas. Sigismundus sine lege: sine magistro: sine iudice: sine principe: sine religione: sine deo absolutum & libere se oī imperio ducens Cardinalis mandata contempsit: & nobis: qui iudicem illum constitueramus: illu sit. In qua re non solum contumaciam: sed conscientiam quoq; pōderamus. Magna uis est conscientiaē in utranq; partem. Ut neq; timeant q̄ nihil cōmiserint: & pœnam se ante oculos uersari putēt: qui peccauerunt. Intelligebat Sigismundus non modo uera esse: quæ ascribebantur: uerè etiam manifesta. Consciūsq; suarū iniquitatum iudicium formidabat. Quod cum cardinalis aīaduertisset: decreuit in contumaciam rei procedere ea grauitate utens quæ tāta in re uidebatur necessaria. Interea temporis cum nos publico ī consistorio sederemus querelantium causas pro more audientes: surgens Andreas Bencius proaduocatus fisci ad beneplacitum nostrum ordinatus in hunc qui sequitur modum locutus est. Sedētem pro cōsistorio tuam beatitudinem Sanctissime maxime Pontifex nunq̄ in eo desyderio tam accōmodatam q̄ hodie uidi: Nam quid ego desyderē? quid quero? quid cupio nisi ut de uultu tuo iudicium prodeat: & oculi tui uideant æquitatē? Honor regis: ut inquit Dauid iudicium diligit. Et de ipso scriptū est: quia iudicium & iusticiam faciebat omni populo. Et de filio eius traditur: quod sapientiam ad discernendum iudicium postulauit a domino. Nō est tua sedes inferior illorum throno israheliticum: illi tātum populum iudicauere. Te totus orbis iudicem habet. Non pro suo solum tempore Custodite iudicium: & facite iusticiam inquit Isaias Sed futurum quoq; prospexit: & huic nostræ consulit ætati: quæ plena flagitiis sine iudicio retineri non pōt. Tu sapiens es: & nosti: quia sapientis est iudicare populum suum. Et quia gaudium ē iusto facere iudicium: facito igitur & tu maxime Præsul iudicium

SIGISMUNDVM MALATESTAM

iniuriam patientibus. Multi sunt: qui hoc aduersus Sigismundū malatestam abs te flagitant: & ego unus pro omnibus: qui ab illo læsi sunt: aduocatus fisci uerba facio. Sed intueor uultum tuū se ueritatem quandā præ se ferre: & oculos graues. Aptissimā hodie personam spei meæ tribuisti. Confido futurum ut reus: quem delaturus sum: debitas pœnas persoluat. Huc accedit sacer Cardinalium ordo: quos pariter affectos uideo: quorū dignitati nihil potest non rectum placere. Ipse enim lumina sunt & ornamenta tuæ sedis: quæ tamen ab igne tuo: sicut a sole lunaris globus illustrant. Horū præsentia mirum in modum me reficit: quos scelerū hostes esse non dubito. Considero insuper quā multi & doctissimi & sapientissimi pontifices tuum solium circūsepiunt: quorū nescio doctrinam an bonitatē magis admirer. Et ab his quoq; qui turpia quæq; abominatur: spes in me plurimū subleuatur. Iuuat etiam doctissimorū uiroꝝ circumstantium aspiciere cœtum. Oēs profecto qui ad sunt: sicut audiendi cupidos ita turpitudinis hostes amicos iusticiæ arbitror. Quin & ipsi parietes: ipsaq; lacunaria nescio quo pacto plus hodie solito magnum aliquod iudicium expectare uident & poscere. Credo iam sentiunt de Sigismundo me iusticiam petiturum: quo postea quā homines esse cœperunt: peiorem fuisse nullū crediderim: nec facile putarim inueniri similem posse: cuius completa iniquitas est: cuius fætor non ecclesiam solum: & ipsum inficit terrarū orbem: sed in cælum usq; sentitur. Ipsisq; beatissimis spiritibus: nisi essent passionis incapaces: nauseam faceret. Petiturus igitur ut perditissimū hoīem iudices: & debita meritorū stipe dia peccatori præbeas: necessarium existimo: ut scelera eius capitalia ante oculos tuos ponam non tamen omnia. Id enim esset multorum dierum opus. Sed ea quæ satis sint sceleratissimum reum ostendere. Audi ergo ut facis: pontifex Christi uicarie. Audite & uos lumina mundi reuerendissimi Cardinales. Audite præsules celeberrimi. Audite uiri nobiles circumfusi Sigismundi Malatestæ damnatos mores quam breuissime recensebo: Omne quod est in mundo: inquit Iohannes apostolus: concupiscentia carnis est & concupiscentia oculorum & superbia uitæ. Et recte quidem. Nam peccata: & quæcunq; mundus suggerit hominibus: ex his

CONTRA

tribus fontibus oriuntur. Nec delictum est: quod aut carnis concupiscentiam: aut auariciam: aut superbiam non respiciat: hinc omnia manant: huc omnia referuntur. Difficileque est non aliquando in horum aliquod incidisse. At nisi cadens resurgat damnatus est. Sigismundus autem non in uno istorum: sed in omnibus immerfus est: & ita immerfus ut emergendi nullam spem reliquerit. Neque uitium ullum ex his radicibus pullulat: cui non fuerit affinis aliquando. Ne circa uitium carnis: in quo est luxuria & libido: ut omittam uolentiam: ebrietatem: crapulam: nomicam: Elluationes binas in ieiunio cœnas æsum carnum in quadragesima: & cœtera huius modi: quæ cum histrionibus scurris & filiis multis Baal sæpe infœdissimis ganeis conuiuia fuerunt. Monstruosa eius libido quibus fornicationibus aut stupris: quibus adulteriis aut incestibus expleri unquam potuit? Circa oculorum concupiscentiam: in qua designat auaricia: quis auariciam eius: cupiditatem eius: rapacitatem: uoracitatem satis explicare potuerit? quæ sibi pecunia fuit unquam satis? Quis eius manus effugere potuit? quotiens propter aurum mentitus est? Quotiens cædem fecit? quotiens sæuicia usus est & immani crudelitate? Quotiens fidem fefellit? Quotiens iusiurandum uiolauit? quot pupillarum hæreditates expilauit? quot ecclesias spoliauit? quot oppida diripuit? quot uiduis: quot ciuibus patrimonium ademit? quotiens falsam pecuniam cudit? Quotiens alieno nomine litteras scripsit? quot adulterina sigilla fabricauit? quot testes? quot notarios subornauit? Vix quicquam mali excogitari potest quod hic auaricia causa non commiserit? quid de superbia dicam & intolerabili eius arrogantia? qui quamuis non sit certo patre natus: nobilitatem tamen suam nulla non hora iactitat. Nunc uetustatem domus memorat. Nunc egregia facta maiorum etiam his inculcat. quæ milies audierunt. nec ego familiam malatestarum non illustrem dixerim: quarum de Sigismundo dubito quotiens de sapientia sermo incidit: de seipso non pauca profatur. Et si iudicium meum regras minime stultus est: & suum ualde sapiens. Cumque ingenium eius a litteris non abhorreat nonnunquam etiam de philosophis disputat: eosque probat: & in cælum effert: qui auctores & laudatores uoluptatis fuerunt. Eos autem qui dignitati seruiendum esse dixerunt & mortem potius quam

SIGISMVNDVM MALATESTAM

turpitudinem subeundam uaticinari atq; insanire affirmat. Theologos omnes contemnit & irridet. Si quando rei militaris habet sermo: quid est apud eum frequētissimus: unum se ducem gloria tur: qui priscis illis Imperatoribus æquari possit Scipioni: Mario: Pompeio: Iulio: Alexandro: Annibali: Pyrrho. Nec mētiret: si absq; animi fortitudine solis dolis atq; fallaciis res militaris consistat. Est enim insidiarum ac fraudum mirabilis artifex: quod si aium eius ualeas introspicere: ea est hominis ambitio: ut iniuriam sibi fecisse deum arbitretur: qui sibi non dicam Italiam: sed orbem nō subiecerit qui non utriusq; gladii potestatem cōmiserit. qui non solis: non lunæ: non errantium: non fixorum syderum regendos cursus crediderit. Melius multo mortalibus consultum fuisse arbitrat: si moderator oīum ipse unus extitisset. Credo eqdem salubriores immisisset uentos: leges aquis posuisset utiliores. Ascendere atq; descendere flumina riuos non uini tantum: sed lactis & mellis iussisset currere. herbofo ac florenti uerno pomiferū iunxisset autumnum. corporibus humanis omnes ademisset morbos & animas quas cum corpore putat interituras: reddidisset immortales. Mahumeteaq; paradīsum ī hoc sæculo præbuisset: quoniam futuri nulla sibi spes est. Hinc ille dominādi ardor īmensus. hinc illud belligerandi insatiabile studium. hinc illud in ore frequens exitiale prouerbium. Si uiolandum ius est: regnandi causa uiolandum est. hinc uexati subditi. hinc socii decepti. hinc domini prodiiti. hinc religio spreta. hinc censuræ ecclesiæ contemptæ. hinc sacerdotes affecti contumeliis: & religiosi uiri supplicis acerbissimis excarnificati. hinc probra in sanctos cælites atque ī ipsum Iesum christum summum & singularem deum iactata. hinc pessimæ uel de anima uel de deo sententiæ. Summatim hæc & implicite relata sunt. Nunc explicare aliqua & p̄ticulatim nominatimq; casus plærosq; magis nefandos recensere oportet: ne quid in oratione mea falsum fictumq; esse putetur: quanuis ita notus est reus noster: ut nullum adesse arbitrer: qui nō de multis pauca: de magnis parua de grauib; leuia me iudicet excerptisse. De libidine primum dicamus: multa hic exēpla se offerunt. Nos illustriora sumemus. Multa hic matrimonia uiolauit: cum modo uim inferret: modo alius

CONTRA

artibus mulierū pudiciciam expugnaret. Verum pudicam & sanctam fœminam Ariminensem honestis ortam natalibus: multis temptatam modis cum superare non posset: nudatam rapi p̄ urbē iussit: & ignominiosissime fustigari. Adolescentulam quoq; p̄ iter recusantem cingulo suo fericeo bullis aureis contexto tam acriter euerberatam cœsamq; reddidit: ut paulopost nobilem animam exhalarit. Adolescētem fani natum: quia sororem suam sibi prostituere denegavit: dira morte peremit. Exarsit & in Côm atrem: quā cum corrumpere nequiret uiri custodia: & fœminæ castitate obstātib;: Compatrem suum Franciscum noīe opulentum & ornatissimum ciuem confictis criminibus delatum falsisq; testibus circunuentum coniecit in cārcerem: neciq; tradidit: & bona eius diripuit. Incertum auaricia magis an libidine parricidium perpetrarit: incestum tamen adimplere nequiuit. Cômater enim infesto mari paruo nauigio intempesta nocte adulterium fugit. Facere namq; probissima mulier periculose: quam turpiter perpeti maluit. Incestuosus tamen adulter nihil his admonitus exemplis pertinacius alienas uxores infectatus est nullis nuptiis parcens. Nec christianis fœminis feralis & mōstruosa libido satiari potuit. In iudæas quoq; crassata est: Adolescentulam hebræam in urbe Fani cum frustra sapius temptauisset: Illaq; uim metuens Pisaurum concessisset: parentibus eius ac fratribus uincula indidit: nec spem uitæ fecit: nisi puellam reuocarent. illi plus suam mortem q̄ filiæ stuprum abhorruere. O zelum Finees. O sacras leges Mosel. O archana Synai montis edicta. Quis nunc nos audit? quo pudor abiit? quo fugit honestas? Non ego pauperes iudæos admiror: si metu mortis traditiones patrum transgrediuntur. Incontinētiam respuo. accuso. damno diuitis christiani: qui non cōtentus suæ legis fœminas uiolasse: alienigenis quoq; & ipsis coactis atq; inuitis miscetur. Quid de monialibus dicam? Dicātur Christo uirgines & inclusæ monasteriis castissimas deo nuptias: & immaculatum cubile uouent. Simplici namque & purissimæ diuinitatis naturæ: nihil est in terris: quod uirginitate atque integritate corporum & animorum puritate ac innocentia fiat acceptius. Sed Mecchorum notissimus Sigismundus non hominum solum: sed ipsius quoque

SIGISMUNDVM MALATESTAM

dei sacros uiolare thalamos ausus: multarum sæpe monialium
 irrupit adita: & Christi foedauit coniugia: nullis parietibus: nullis
 ferramentis portentuosæ libidini resistantibus. Volaterris cū Flo
 rentinorum rei publicæ militaret: essetq; illic monialis parum pu
 dica conspicatus procantes iussit omnes abire: publice dictitans
 moniales sibi cunctas denupsisse: seq; uirum earum esse: neque ri
 ualem passurum. Sed quid illud tam diu differo sub omni cælo co
 gnitum uulgatumq; flagitium? Quid agis lingua? Quid titubas?
 quid hæres palato? Turpitudinem tuæ nationis in uita prodis?
 Tegerem ego quoq; commune patriæ dedecus: si celari posset: qd̄
 neminem latet. peccata manifesta: ut inquit apostolus: præcedētia
 sunt ad iudicium. Non puduit Sigismundum tam atrox perpetra
 re scelus impunitatem sperans: & tu uereberis recensere delictum:
 ut puniatur? frustra resistis. Exi. Non est omnino impunitum pec
 catum: quod sæpius cum peccantis infamia diulgatur. Iubilæus
 currebat annus: quo remissio peccatorum promittitur iis: qui bea
 ti Petri limina: & sanctas urbis Basilicas uisitant. Ingens populo
 rum cōmotio in orbe christiano fuit. festinabant ex remotissimis
 regionibus iuuenes ac senes: fœminarq; turmæ: pueri: innuptæq;
 puellæ summo desyderio Romam petebant: nec dubitabant: quin
 piacula quæq; diluerent: quamprimum sacra martyrum ossa uel
 contingerent uel uiderent. plangebant omnes sua peccata: & gra
 uiores culpas: alii ieiuniis: alii elemosinis: alii orationibus: alii aliis
 piis operibus redimebant. Incredibilis deuotio mortalium mētes
 puasertat. Sed solus in publica orbis pœnitentia inuētus est Sigif
 mundus ipœnitens. Mala mens: malus aīus flagitiis imersus tūc
 magis libidinibus æstuabat: cum pietatis studium apud alios ma
 gis ac magis feruebat. Militabat hic p̄ id tēporis clarissimo & præ
 potenti Venetorū senatui: q̄ cum in agro Veronensi mulieri trās sal
 pinæ Romam petēti forma egregia: & ancillarū seruorūq; honesto
 comitatu stipatæ occurrisset: mox furore arreptus & libidinis ipa
 tiens irrupit ī turmam pegrinæ gentis: uulneratisq; ac prostratis
 aliquibus repugnantē & supos implorantē fœminā arripuit: nō nul
 lisq; uulneribus resistantē impetiit. nec dimisit: nisi multo cruore
 madentē. Non tulisset ipunitū tā ipium facinus grauissimum ille

CONTRA

ac iustissimus uenetoꝝ senatus: nisi conscius culpæ Sigismundus Ariminum repente concessisset: qui sua in arce tanq̃ in asylo malorum omnium uitæ suæ non animæ saluti consuluit: ad timorem aliquando: ad sanitatem nunquam reuersus. Atq; ut culpam suã tegeret: non nullos ex ministris scelerum uinctos misit Venetias: qui pro alieno crimine pœnas darent. Fertur & aliquos suspendio interemisse tanquam reos eius flagitii: quod ipse perpetrarat: non ut infamiam euaderet: quæ illi pro gloria é: sed ut uenetos simul & romanum præfulem Nicolaum placaret: quorū offensas aures & irritatos animos non dubitabat. Verebaturq; ne quid in se grauius statueretur. Dixi q̃breuissime de libidine. nec uolui cuncta p̃currere: nec potui tam paruo tēporis spacio. Potuissem foedissima domus Sigismundi scelera recensere: ut pater fraterq; uirū gesserit: & filios nepotesq; simul genuerit. Sed nolui tam celebrem sanctumq; conuentum tam turpi cōmemoratione polluere. Illud noluerim omisisse: quod Arimini cæterisq; in terris eius nil ciuibus exitiosius est quam pulchra uel filia uel uxor: Stat pœna præsens: aut mores aut exilium: quibus cura honoris est. Sed minus in opibus periculi est apud auarissimum enim & rapacissimum principē ut quisq; opulentus est. Ita & criminofus habetur: quicunq; peculium aliquod contraxit: mox reus maiestatis afficitur. Suspecta est omnis tyranno substantia. Sensit hoc nobilis eques & clarus interpres iuris Vgolinus polius ciuis fanensis: qui cū liberis utriusq; sexus in carcerem coniectus prius dulces. natos ante oculos suos diris modis cruciatos inspexit trucidari. post crudelem subiit mortē Inducta causa quod Eugenio pontifici maximo esset amicus: tanquam ueritū sit eos qui uicarius ecclesiæ subsunt: christi uicarium colere: Sic patrimonium illi nocuit: quod quanuis esset amplū & locuplex: non tamen Sigismundi cupiditatem expleuit. Multi alii pari modo extincti sunt: quibus utilius erat fuisse pauperes. Visa est & in gradaria Sigismundi uorago: id oppidum in agro Piceno Galeacius malatesta pro romana regebat ecclesia. Inuidit ei Sigismundus: & clam collecto milite oppidum inuasit. bona icolarum diripuit mulieribus uim intulit. plurimos mortales interemit. sacras & priuatas ædes incendit. nec thesauris pepercit ecclesiarum.

SIGISMVNDVM MALATESTAM

prosequar quæ hic acta sunt pendente concordiae tractatu huc rediit: habitatoresq; omnes expulit: adeoq; miseros abeūtes a tergo urisit: pupugitq; ut in flumine: quod Centam uocant: plurimi se præcipites dederint utriusq; sexus homines infantesque: & senes unda peruoluerit ex iogradaria usq; in præsentem diem deserta remansit: nobile sigismundi trophæū. Simili quoq; furore hac demētia uel potius rapinaꝝ auiditate ripam transonis in agro picéo Romanæ ecclesiæ subiectam cum copiis ingressus exposuit prædæ rapiens ipse: quod potuit: reliqua militibus diripienda permittens: neq; mulierū pudicitiaꝝ: neq; ecclesiarū sanctitati pepercit. Saxum quoq; ferratum ecclesiæ subiectū armis inuasit: & Abbatem: qui uicem pontificis maximi gerebat: trusit in carcerem excōmunicacionis censuram contemnens. Solet enim cum sibi obiicitur excōmunicatio p̄cunctari an uina cibariaq; sapiant excōmunicatis. Nō pauca in hoc quoq; loco rapinaꝝ & census ecclesiæ sibi usurpauit. Quod quod sacramentum ecclesiæ auariciaꝝ suæ lenocinari coegit non coniugii causa: sed dotis Francisci carminiolæ serenissimi copiarum ducis filiam despondit: & grandi accepta dote matrimonium ei promisit: sed cum obisset non tradita filia: Franciscus hic uir bonus quamprimum uita functum socerum intellexit retenta dote: sponsam repudiavit: nec consulta Romana ecclesia: quam prorsus despicit: ad secunda uota migravit: filiamq; Nicolai estensis principis sua uita omnium liberalissimi duxit uxorem: Geneueram nomine castam & sanctam foeminam: ex qua non paruam dotem uenatus est. Sed male iungitur impuro pura: adultero casta: nocenti innocens, non potuit libidinosus ganeo turpissimus latro pudicissimæ coniugis mores ferre: non potuere dispares naturæ diu cohabitare. Vicit potentior & ad omne facinus audētior sexus. Infelix coniunx ueneno breui oppetiit a uiro parato: Successere tertiæ nuptiæ & nouas pecunias: noua uxor filia Francisci sforziæ tum Comitis cotiniolæ: nūc Mediolanensiu clarissimi & excellentissimi Ducis: cui quanuis esset modestissima & honestate singulari prædita: nō tamen fortuna melior aut uir mansuetior quā priori fuit. Non tulit casti consortium lecti Sigismūdu: sed atrox & sanguinarius parricida: hāc quoq; sanctissimam coniugē absq;

CONTRA

ulla culpa strangulauit. quanuis mortis causam post mortē quærens nullam inuenerit. Audiebāt eius cōfessionē ex more christiano uiri religiosi regulā diui Frācis̄ci obseruātes: hos Sigismundus ad se uocat: quæriq; non solū cōiugis: sed aliarū quoq; matronarū secreta nihil dicētes: nihil mali pādētes diuersis cruciatos tormentis neci tradidit. Quid hic dicemus? unde hæc tāta crudelitas? auaricia ne: an libido: an superbia duarum uxorū necem & earum cōfessarum hoc flagitium suasere. Rectius hæc tria concurrisse arbitramur: Nā & nouis cōiugiis nouas pecunias sperauit: & pellicis cuius amore peribat: sublati coniugibus satisfecit: & iurgia euitauit: quæ ab honestis uxoribus turpis & superbus adulter tollere nō poterat. heu summe pōtifex: heu cardinales reuerendissimi: heu uiri celebres circūstantes quod nūc scelus: qđ nūc prodigium audiuiſtis. Accusatur: infamatur: damnatur omnium sententiis ac linguis herodes: qui Mariānem pudicam coniugē interfecit. In simili probro est Nero: qui Octauiam necari iussit uxorem. Nec minus infamis habitus est æuo nostro Fredericus Ciliæ comes suæ consortis occisor. At Sigismundus non unam tantum: sed duas: alteram post alterā extitit uxores. quid hic tuus ille ārecessor sanctissimus Stephanus quintus statuisset: qui astulfo (ut arbitror) lōgo bardorum regi scribens: Tuam: inquit: uxorem occidisti partē tui corporis legitimo matrimonio tibi sociatam sine causa mortis nō tibi resistantem insidiantem quocunq; modo tuæ uitæ: non inuēisti eam cum aliquo uiro nefariam rem facientem: sed concitatus a diabolo: & impio furore inflamatus latronum more atrocius eā gladio tuo crudelior omni bestia iteremisti. Omitto pœnā: quam reo imponit: ne sim plixior. Illud non præterierim: non minorem qui uxori: quam qui matri mortē intulit: ab ecclesia pœnitentiam imponi. Legi ego plures historias atq; relegi: nec unquam inueni hominem: qui more Romano uni iunctus uxori duas occiderit. Sigismūdo soli hæc gloriosa palma debetur. Vide igitur pōtifex: uide qua pœna plectendus sit reus noster duplici uxoricido insignitus: hostis legum legitimis infensus facibus: matrimonii contemptor semper inconcessæ ueneris & mōstruosæ libidinis sequax & feruus. Ex qua etiam illud ortum est: quod Alphonso regi prodi

SIGISMUNDVM MALATESTAM

umentum fecit: a quo quinq; & uigintimilia auri nummum stipen-
 dii nomine cum accepisset: mox ad Florentinos trásiuit nouum au-
 rú offerentes. Sciebant enim uiri prudentes naturam hominis: qui
 duplicatá mercæde etiam cum dedecore simplici antepōeret. Nec
 tamen ad Florentinos in promisso tempore uenit: nec bellū cū fi-
 de tractauit: expectans si forte rex nouá pecuniam mitteret. Ibi enī
 Sigismundus est ubi & pecūia. Verum eo pacto ne maior alibi p-
 mittatur. Vænalis est eius fides. Væniitq; quanto pluris: neque in
 anno semel aut in mense: in dies: in horas exponitur uæno: si repe-
 riat emptorem: Sed iam notus apud italos: neq; enim potentatus
 est: quē non fefellerit. Extra Italiam quæsiuit emptores. Ad fracos
 transiit nobilem & ueracé gentem: sed ignaram (ut arbitror) infi-
 delitatis eius: Neq; enim si uolubilitatem ingenii: si mentis insta-
 bilitatem: si cordis ignauiam: si animi cupiditatē & illa in latebra
 infinitas fallacias atq; insidias nouisset: argentū suum in eius in-
 gluue proiecisset: qui ob rapacitatē & auri sitim nulli fidē serua-
 uit. Nec Eugenio quidem prædecessori tuo suo domino nec lega-
 tis eius: quibus sæpius euentus est. Lodouicus cardinalis Aqu-
 legiensis insignis uir & magna rerum experientia præditus nouit
 insaniam hominis: is tibi (si uolueris) uitam eius abunde circun-
 scribet. Cur tibi censum tandiu negat: nec monitus: nec excōmuni-
 catus ad satisfaciendum compelli potest. Tenacitas ipsa: & cupi-
 ditas auri efficit: ut creditorem ex debitore sese arbitret: neq; uere-
 tur excommunicatus diuinis interesse officiis: nō quod in ecclesia
 quicquam sancti quærat: aut christū ī domo sua ueneretur: sed ne
 iudicatus hæreticus a subditis deserat: & ut ecclesiæ maiestati de-
 roget: censuris eius cōtēptis. Adde monetam adulteram apud Vi-
 terbium captus: & ultimo demum supplicio affectus faber mone-
 tarius: qui se apud Sigismundū sæpenumero falsos percussisse nū-
 mos attestatus est. In Mantua capus fuit: qui falsificasse Sigismū-
 dum & litteras & annulū Frederici comitis urbinatis asseruit. In-
 strumenta publica quam multa falsificauerit: raserit: corruerit: lō-
 gum esset recensere. Tute scis quo pacto nunc Muldauinæ arcis
 occupatiōem excuset. Nihil dicere potest nisi falsis armatus īstra-
 mētis. Cæca est auari cupido: quæ cæcos esse arbitratur quibus cū

CONTRA

omnes contrahit. Quid referam onera: quæ sacris locis imponit? Quo pacto beati Petri ministros: quo benedictinos: quo basilianos: quo bernarditas: quo cistercienses: quo cartusinos: quo mendicantes pertractet: quo more ecclesias: quo monasteria diripiat? Nihil illis habere egregium licet: non equum: non bouem: non asinum & nihilominus nunc equos: nunc canes: nunc uenaticas aues ut alant: inter eos dispartit, uix miseris tantum reliqui facit: quantum ad tenuissimam uitam sufficiat: perfidum illum & apostatam Iulianum imitatur: qui christianis omnem auferens substantiam: Vester inquit galileus sic enim per contemptum appellabat Ihesum: nihil uos habere proprii uoluit. Sed ille christum in acie aduersus persas pugnando sensit ultorem: sentiet & hic aliquando: si non in hoc mundo at certe apud inferos: quanuis sibi nil optabilius dicat quam suorum flagitiorum poenas apud inferos reseruari: quos nusquam esse arbitratur & mori animam cum corpore putat. Qua spe ductus? nulla est enim maior peccandi illecebra: quam spes impunitatis. Incredible dictum est: quot praedia suis ciuibus abstulerit: quot uidas ac pupillos de possessionibus suis disturbauerit: quot diuersis in locis uasa pulcherrima eripuerit: quantum stragulae uestis: quid picturarum tabularum: quid signorum: quantum marmoris: quantum materiae aut ab ecclesiis: aut priuatis domibus in palatium suum coegesserit. Nam & basilicam Animinensem & alias compluribus ornamentis suis spoliauit: ut palatium suum ornaret: nec ueritus est domum dei suo splendore priuare: ut illustraret suam domum: si domus habenda est potius quam officina nequitiae diuersorumque flagitiorum omnium: quam ipse inhabitat: qui ut arcem aedificet: episcopium diruit: & templum domini cedere cogit. Nolo per singulas discurrere rapinas: ne hoc auditorium plus a quo teneam: nam si furta: si spolia: si compilationes: si latrocinia eius dinumerare uelim: facilius me dies quam oratio destituet. Sed hortatur praeteriens hora: ut ad tertium transeam membrum: quod de superbia uitae proposuimus. Latissimum est hoc pelagus & amplissimus ad dicendum campus. Nam si quis arrogans est: si quis elato animo: si quis mente tumida atque uentosa: si quis opinione sua magnus: si quis seipsum loquens auscultat si quis ampullosis & sequipedalibus utitur uerbis: hunc Si

SIGISMVNDVM MALATESTAM

gismundum esse putato: qui nō modo se summis uiris æqualem existimat: sed ipsi deo sese præferret: siquē esse deum existimaret. Dixi ab initio qualē se putet in armis. In administrāda republica condendisq; legibus neq; Soloni cedit neq; Lygurgo: idignūq; Mo sen facit: cui se comparet: cuius leges diliramenta esse affirmat. In eloquentia si uulgato modo loquēdū sit: neq; latinis: neq; græcis cedit. Si de philosophia bonarumq; artium studiis sermo incidat: Vnum se censet: qui uel Platonis: uel Aristotelis archanos sensus intelligat: & Chrysippi nodos soluere norit. nec se mutū exhibet ī sacris eloquiis: quanuis ea cōtemnat. Nil tam oscurum apud theologos ē: quod sibi non putet apertum. Postremo in omni re gerenda siue bona: siue mala se principem esse affirmat: nec mentitur ī malis. Totius quidem nequitiaē magister est Dux: Rex: Imperator Acre eius ingēium & uersatile uitiis deditum facile summā adeptum est. In uirtute nunq̄ probatum est: nūquam periculum fecit: quod si se bonis moribus dedisset: existimo in his quoq; tenuisset arcem: sed sibi uitia magis placuere: nec litteræ male educatum ingenium facile reformant: quanuis bene institutum admodū illustrant. Sed explicanda sunt aliqua singulatim: ex quibus superbia hominis & ambitus patefiat: quanquā prodidisse Alphonsum: ut antediximus: non tam ex auaricia: quā ex ambitione prodierit. Sciebat enim regi excellenti: qui sese præstaret in armis: parendū: maluitq; Florentinis militare penes quos ducatum sperabat. Nec aduersus Eugenium dominum suum aliam ob causam mouit arma nisi quia plus imperii ambiebat: & Arimino: Fano multisq; aliis oppidis potius tāquam gyaræ clausus scopulis æstuat: paruaq; seripho: hinc arma contra socerum sumpta: hinc Venetorum cōsilia hosti patefacta. hinc Florentinis intemptatæ proditiones. hinc Senensibus insidia paratæ. hinc Urbinati comiti bellum illatū. hinc arma usq; in cubiculum Borsi Mutinæ ducis modestissimi principis ad occidendum eundem comitem illata. hinc non ignotus hō ab eo in conspectu fratris interfectus. hinc contra te Christi uicarium & dominum suū erecta cornua. Capta per fraudem arx Muldauia: & montis martiani: & hæsinorum populatus ager: & subditi ad defectionem sollicitati: quanq̄ in his oībus semp supbiae co

CONTRA

mes auaricia fuerit. At illud uix alteri uitio: quam ambitioni quisquam ascripserit: quod de episcopo Ariminensi diximus: quod diuere inconsulto præsule non erubuit. Sed quoniã præsulis incidit mentio. Dicendum est: quo pacto eum honorarit: quis nescit episcopos tanquam patres habendos esse & tanquam dei nuncios ac uicarios excolendos: nulla secularis dignitas eminent episcopali. hic apex: hic uertex est ordinis ecclesiastici. Episcopum nulli cõtemnere fas est: duos excipio Sigismundos: quorũ alter in die sancto pacatis in suum episcopum manus iniecit: alter suo domum subuertit: mancipiorum loco clerici omnes apud Sigismundũ habentur. Episcopi nulla est auctoritas: nulla dignitas: nulla reuerentia: nulla potestas. Arbitrium sibi & matrimoniorum: & spiritaliũ quarumcunq; causarum breui manu Sigismundus usurpat. Aut enim p seipsũ iudicat: aut p suo sensu iudicare præsulem cogit dignus princeps: qui spiritalia metat. ubi seminat tẽporalia. Ob quas cõtumelias ariminẽsis uolũtariũ exiliũ sibi delegit potius quã superbissimi tyrãni uultũ inspicere. Superbum id quoq; atq; insolẽs quod in magna sexta feria: quo tẽpore nemo homo christianus est: qui cõscientiam suã non inspiciat: & non corde mutato aliquo modo ad pœnitentiã redeat: & bonis operibus dei misericordiam iploret. hic perfidus christianus sarrhacenis turcisq; nequior & infidelior ecclesiam ingressus: intẽpesta nocte sacri roris uasa euacuata impleuit atramento. Ut ante lucem uiri foeminæq; pro more illius diei templum ingredientiẽs illo se conspergentes tanquã aqua benedicta: iam non homines: sed dæmonia uiderent. Iuuenilia hæc & leuia & ridicula dixerit aliquis. Sed unde hæc leuitas? nisi ex cõtemtu diuinæ domus: quæ est ecclesia. Quis ecclesiam cõtēnit: nisi q religionem negligit? Quis religionẽ negligit: nisi qui fidem nullã habet? Quis fidem nullã habet: nisi qui deum ipsum spernit: ac deridet? Quis deum spernit ac deridet: nisi stultus aut superbus? Nemo hãc Sigismundi leuitatẽ leuiter existimet: graue ẽ: quidquid in religiõem peccatur. Sed illud grauius: illud scelestius: illud atrocius: illud immanius & prorsus nefarium quod nũc subiiciã. Quatuor manu balistarios natione germanos propter negatam stipem a se fugientes: cum Sigismundus interceptisset: impatiens uidiãtæ

SIGISMVNDVM MALATESTAM

ipsa die pascae manibus priuauit: horum tu duos Mantuae uidisti ma-
 xime praesul: Sigismundumque uerbis acrioribus increpasti non negan-
 tem maleficium: sed minuentem tanquam minus sit mandasse quam
 fecisse. Recte illud tibi Hieremiae competit in hoc loco. Ego: sum
 iudex & testis: nil hic probationibus opus est: liquet scelus: confessus
 est: & non negauit. O impium ac crudelem animum: o sceleratam
 mentem: o nefandam audaciam: o truculentissimam bestiam. Tu die
 illa: qua redemptor noster resurrexit a mortuis: qua triumphatis
 inferis: qua uicta & mortua morte ad nos rediit: infelicitum homi-
 num manus amputasti. Tu qua die iustitiam seruatur in orbe: fo-
 rum clauditur: ciuiles causae conquiescunt: execrabile iudicium san-
 guinis aperuisti. Tu qua die ora omnium diuinis laudibus reso-
 nant: & gratias agunt Saluatori: ab his: quorum membra mutilasti:
 dolorosas uoces & blasphemantium similes extorsisti. Nihil habet:
 quod his respondeat: sed audi aliud: quod nouissime actum refer-
 tur. Paulus senensis ordinem seruorum professus imaginem uir-
 ginis in agro penarum sancti marini causa deuotionis erexerat: ad
 quam uicinarum plebium ingens concursus habebatur. Non tulit Si-
 gismundus matris domini reginae caelorum gloriam. Imperauit
 subditis ne quis eo accederet: sed populi plus deo quam homini aus-
 cultarunt. Rursus ira incensus sicarios mercade conductos misit:
 qui hominem uel occiderent: uel ad se ducerent occidendum. Quatuor
 intempesta nocte improuissimum monachum inuasere: uinctumque
 aliquandiu duxere: sed lucis ortu praeventi ad lignum crucis eum sus-
 pedere: quam ille uiae indicem suffixerat: sed hominis inimico deus
 fuit amicus qui fracto laqueo religioso uitam prope fugientem re-
 stituit. Magna haec: sed maiora secuntur. Ostensum est rapacem: inui-
 dum: libidinosum: crudelē: superbum: temerarium: parricidam: maximis
 & nefandis sceleribus editum: implicitum: irretitum esse Sigismundum:
 Nunc blasphemum: hereticum: infidelē ostendemus. Quae scelera ex
 ipsa quoque superbia manant: & contra deum directe feruntur. Ani-
 maduerti pontifex maxime cum heresim nominauit: te paululum com-
 mutari: & hos quoque qui te sepiunt: non bene accepisse nobili loco na-
 tum hominem haeticum appellari: Fateor: non facile cadit in uirum no-
 bile suspicio: uel infidelitatis: uel haeresis: at ubi nobilitas incerta

CONTRA

est certa perfidia: securius nobilitatem negabo quam hæresim. In fidelitatem Sigismundi ex multis & magnis uiris licet agnoscere Nobilitatem qui uelit astruere: eo tãdem perueniet: ut unius mulierculæ testimonium cogatur accipere eiusq; prostitutæ: quæ uel libidiæ: uel metu pretio sui corporis potestatem alieno fecerit. Sed audi q̄ manifestis argumentationibus deducitur hæresis: qui turpissimis criminibus implicitus: & anathemate ligatus sese sacris immiscet: & dominicū sumere corpus excōmunicatus præsumit. Is contemptor ecclesiæ depræhenditur: & auctoritatis eius uilipè for nec hæresis suspitione caret. Sigismundus uero iuris auctoritate crebro excōmunicatus: qui sæpe manus i christos domini uolentas iniecit: & onera graua sacerdotibus imposuit: neq; absolutus ad cōmunicationem sacratissimæ Eucharistiæ præsumpsit accedere: neq; id per ignoratiã aut necessitatem. Suspectus igitur est in his: quæ fidei sunt: & hæresim sæpe uidetur. Sed apertius agendum est: damnauit Constantiense concilium Hussitarum hæresim: qui inter alios errores interdictum clericis ciuile dominum domini asserabant: hoc idem multis in locis Sigismundus affirmasse compertus est: & nouissime cum tu esses Florentiæ: & hic Cosmum medicen ornatissimum & sapientissimum uirum: quem honoris causa nomino: domi suæ uisitasset: essetq; illic uidua nobilis: quæ de spolio cuiusdã castelli ipsum redargueret excusans se Sigismundus. Idcirco: inquit: castellum tibi abstuli: quia compertum habeam uelle te illud Nicolao papæ tradere: quem solo censu contentum esse oportuit. Ciuile uero dominium neque illi cuiquam clerico fas fuit possidere. Minuta hæc quisquam & mendicata dixerit. Audi maiora & sese ultro præbentia. Grauiora publice astruit: & ad radicem fidei securim admouet. Sæpe in corona doctorum uiorum de fide audet disputare. Nam quid illi non licet? Inter disputandum autem eo insaniæ proruit: ut extingui humanam animã cum corpore simul affirmet. inferos esse neget: & inanem mortalibus metum iniectum dicat. Stultum esse uirginitatis uel continentiæ uotum & pœnitentiæ sacramentum sacerdotalis inuentũ auariciæ asserat. Et quanquam solis ac lunæ signorq; omnium & cæli motus & uicissitudines rerum raro uideat ordine currere: qđ

SIGISMVNDVM MALATESTAM

sine mente diuina fieri non posset: quanq̄ maiorum nostrorum sa-
 pientia diuinæ maiestati tépla cærimonias: sacraq; cõstituerit: q̄q̄
 Thales milesius: Anaximáder: Anaximenes: Anaxagoras: Pythago-
 ras: Zenophanes: Parmenides: Empedocles: Democritus: duo Dio-
 genes alter babilonius: alter Apolloniates: Socrates: Plato: Zeno-
 crates: Zeno: Cleantes: Aristoteles: Chrysippus: Possidonius: & ois
 gentiliū schola philosophorū uim quandā esse fateatur: qua ma-
 xima hæc & pulcherrima mundi machia gubernatur: illiq; nomē
 dei tribuat: quanquam sacra eloquia ueteris ac noui testamenti:
 quanquā græci ac latini doctores nil aliud nitant̄ quam nobis ue-
 ri dei cultum suggerere: & ad eius cognitionē iter ostēdere: quan-
 quam nulla gens tam barbara: tam inhumana: tam rudis: tam fe-
 ra reperiatur: quæ nō aliquod numen adoret. hic tamen bipes asel-
 lus suo iudicio cunctis mortalibus sapientior deum aut nullum ef-
 se contendit: ut est apud prophetam . Dixit insipiens in corde suo
 non est deus: aut cum Epicuro sentiens deum astruit non curare
 mortalia. Hinc fortasse fretus quia pro suis impietatibus non ful-
 minatur. Alter Dionysius: qui post fanorum direptionem bonam
 sibi nauigationem patere admirabatur: sed intellexit tandem con-
 temptū dei impune non cedere: diuinūq; iudiciū ipsa tarditate gra-
 uius fieri: quid hic an hereticus est: qui deū uel negat esse: uel mor-
 talia negligere tradit? Quid de blasphemia dicā? Quid de pbris?
 quæ modo in Christum: modo in eius genitricem beatissimā uir-
 ginem iactitat: nunc sacratissimam trinitatē irridet: nunc spiritus
 sancti processionem repræhēdit: nunc sanctorum agminibus illu-
 dit: nūc angelorum choris detrahit: totamq; nostram religionem
 ridiculam garrita hæc qui faciat: dicat: asserat: defendat: eum esse
 hereticum nemo inficias ibit. hereticus igitur Sigismundus i his
 sæpenumero depræhēsus nisi hereticū esse negemus: qui nulli ad-
 ditus religioni nihil eligit: nihil opinatur: nullam sequitur sectā.
 Sed nihil tam hereticum est: quam fidei fundamenta destruere di-
 uinitatque derogare. Nec omnino nihil eligit: qui nihil de deo cre-
 dit. eligit enim hoc ipsum de deo: credere nihil: sectamq; stulto-
 rum inter quos principatum Sigismundus assecutus est perfidus
 hereticus: turpissimus: infidelis: nefandissimus: blasphemus:

CONTRA

nec tu uel Arrium uel Nestorium uel Vticetem uel Macedonium uel Viclefum uel eius discipulos Ioháné ac Hieronymū Sigismūdo peiores putaueris. Illi deum esse crediderunt. hic negat. Illi animas imortales tradiderunt. hic mortales asserit. Illi salté apparen-ter munde casteq; uixerunt. hic & palam & in occulto impurū im-mundum se exhibet. Illi priuati hoies uerbis tantum potuere in suos errores aliquem trahere. hic principatu fretus ét cogere pōt quemadmodū multos metus: minis: prece: præmio in suam per-ditissimā uitam induxit. Dura mihi: deum testor imortalem: Ita-liæ uisa conditio est: quæ tot annis illum passa est in hâc nobilissi-mam prouinciam insultare: domiciliumq; hoc bonarū artium no-bilitatis columen asylum: uirtutum refugium: oppressorū lumen orbis scedissimis suis moribus inquinare: qui sæpe stupris san-ctissimas relligiones polluit. qui sæpe humano sanguine manus cruétauit. qui genialem lectum crudeli nece orbauit. qui christos domini interfecit: qui ecclesias: qui oppida pulchra diripuit. q; oēs prodidit: quibus cum rei quicq; habuit: qui iusiurandi relligionē totiens fregit: quotiens conuentionibus adhibuit. qui sacra contē-psit. qui censuras ecclesiæ spreuit. qui deum & hominem cæli glo-riam coetūq; derisit. qui nullis decretis apostolicis aut humanis aut diuinis unq; paruit. Notissima dixi beatissime pontifex. Super omnibus quæ cōmemorauī criminibus: Rumor publicus est: po-pularis uox ea testatur: fama cōmunis sic esse affirmat. nunquam omnino uana est fama: quam populi multi decātant. omnis curia: omne forum: omne theatrum: omne balneum: omnis taberna Si-gismundi flagitia & nouit & prædicat & cantat. Manifestissima & notoria diximus: quanuis aliqua permanentis facti aliqua tran-seūtis extiterint: & in hoc auditorio multi sunt harum rerum gra-uisissimi testes: quos: si necesse fuerit pducemus. Quibus ex rebus oratos uos facio circumstantes cuiuscunq; nationis estis: ut mecū una apud Pium pontificē de homine impio piissimū iudicium po-stuletis. Nā quo diutius plectit̃ impius: eo iudicium magis pium esse dignoscit̃. Surgite: adeste: fauete aīs uiri præstātes. iuuate piā-cām si non uocibus: at nutibus ac signis. Video hic oēs nationes adesse. uideo oēs expectare & optare iudicium perditissimi hoīs.

SIGISMVNDVM MALATESTAM

Neq; ulla natio est quã sceleratus Sigismundus nõ uiolauerit. In Alphonso: quem prodit indelebilis memoriã: tota hispania læsa ẽ. In filia marchionis æstensis: quã ueneno sustulit: Francoꝝ genus spretum. Estensem enim profapiam ex francis ortam asserunt. In fœmina quã oppressit & Germania Romã petentẽ: & in balistariis qbus amputauit manus: toti Germaniã fuit iurius. In Italia nulla regio: quã ipse nõ aliqua insigni contumelia affecerit. Cuius rei manifestissimũ signum est: quod nullum adire uel principem: uel dominum audet: nisi publica prius impetrata fide. Nimum uerba protenderẽ: si eius ingritudinẽ non modo erga oẽs: uerũ in te solum explicare uoluerim: quo uno uitio cœtera oĩa cõnent. Neq; enim erga deum impius est: nisi qui per superbiam inflatus meritam diuinã mēti gratiam iustis honoribus persoluere negligit. neq; parentes aut pulsat: aut contēnit: nisi cuius ingrata uolũtas est. neq; patriam lædit: nisi qui patriã beneficia non meminit. neq; amiciciam uiolat: nisi ingratus. neq; iusticiã hostis est: nisi q̃ p̃ ingritudinem cõmuni hoĩum societati aduersatur: & deniq; quidquid contra leges committitur: semp̃ aliquid ingritudinis habet annexum: quo uitio nihil est Sigismũdo familiarius: quem nec dei reuerētia: nec patriã caritas: nec parentũ honor: nec domitorũ timor: nec societatis uinculũ a criminibus unq̃ retrahere potuit fœtidum Italiã cœnum ac labes & totius orbis uenenum reꝝ oĩum diuinã humanãq; prædo: quem sicut Eugeniũ iudiciũ effugisse: Nicolai delusisse: Callisti præterisse doleo: sic ne tuũ eua dat supplex oro: precor: obtestor. Nec me: cũ audis: priuatũ aliquẽ hoĩem iudices. fisci cãm ago reip. consulo. pro tota Italia: pro tota societate fidelium loquor: maxime uero ifelicibus illis populis patrocinator: quos tui antecessores familiã malatestã cõmendauere. hic latro uexandos: laniandos: ac deuorãdos accepit. Non peto: ut quæ sunt in te cõmissa: p̃sequare. Scio naturã tuã: q̃ tuas iniurias obliuisci malis q̃ ulcisci. Cõtumeliam dei ut iudices: oro. nec patiaris infelices Ariminẽses: Fanẽses: Feretranos: Muldauenses ab hoc imãissimo dracõẽ diutius lacerari. Tui populi sũt: & oues pascuã tuã reddẽda tibi: & de his ratio est. miserere pupilloꝝ: quorũ bona in dies rapiunt. miserere uiduarũ: quibus nulla protectio est. mise

CONTRA

rere inopum. miserere diuitem. dura utriusq; conditio est. pauper-
 tas seruitio premitur. diuitiæ dominos interficiunt. Exurge iam tã
 dem expergiscere. Vindica uno in homine infinitas iniquitates: ne
 q; perdere unum horreas: ubi saluantur plurimi. Morbidam pecu-
 dem prouidus pastor ab ouili segregat. nec peritus nauta pondus
 in naui sustinet: quo Carina dehiscit. putridæ carnes ferro indigēt
 & cauterio. Infecta membra doctus medicus potius resecat: quam
 reliquum inficere corpus patiatur. Et tu nuper Sigismundum ex
 pricipibus Austriæ natum ne mystico noceret ecclesiæ corpori ex
 tra ecclesiam fecisti. Nec tamen ille huic nostro cõparandus: nisi
 quod ambo Sigismundi appellantur: & ambo sacratissimã paschæ
 sollemnitatem uiolauerunt. Reliquis in rebus ualde dispares: siue
 nobilitatem: siue mores inspicias. Nõ fugit ille iudicium. cur iste
 fugiat? Nihil huic celsissimæ sedi tuæ magis consentaneum est q̃
 iudicium facere. Iusticia gentem eleuat: & solium firmat: pro iu-
 sticia usq; ad mortẽ certare oportet. Nec iustorũ cogitatiões aliud
 q; iudicia redolent. Age igitur iustissime præsul aperi mihi portã
 iudicii. Iudica Sigismundum malatestã recto iudicio. redde retri-
 butiõem impio. exere gladium: & percute malignum. nec miserea-
 ris eius qui nullius unq̃ misertus est. Sceleratũ ita punito: ut oēs
 uideant de uultu tuo iudicium prodisse: & tuos oculos æquitatẽ
 uidisse: intelligantq; planissime nec paruis nec magnis tutum esse
 aut leges frangere: aut deum contẽnere. His magna uoce recitatis
 & a nobis cæterisq; q̃ aderant plane intellectis: in hunc modũ re-
 spondimus. Orationẽ elegantissimã & ornatissimã audiuius ue-
 nerabiles in Christo fratres ac filii dilectissimi: Non parua laude
 dignus est Andreas bẽzius proaduocatus fisci: cuius hodie memo-
 ria: profunda doctrina: excellens eloquentia: copiosa & florida ẽ &
 ostensa. Verũ si oscœna dictu: foedaq; auditu nõnulla putamus ex
 his quæ recitata sunt: qd eos existimasse cesebimus qui rebus dũ-
 sic: ut narratũ est: agerent interfuere? An quidq̃ illos unq̃ aut tur-
 pius aut foedius: aut horribilius uidisse a biurabimur? Alexandrũ
 illum orbis domitorẽ cum in Asiam proficisceretur Aristotelem
 secum & Calistenem suarum rerum scriptores adduxisse legimus
 Idem & Romanos quosdam Imperatores factitasse constat. Alii

SIGISMUNDVM MALATESTAM

Ennium poetam . alii Architam . alii alios: qui suas uictorias illustrarent: in prouincias traxerunt. Quorū uestigiis Sigismundus in hærens poetis & oratoribus salaria statuit: qui rerum a se gerendarum memoria ad posteros referūt. Sed qualem illis materiam traderit: nunc audiuitis . Mira dei clæmentia: summa bonitas: incredibilis misericordia illum uiuere sinit: qui tantis flagitiis reperit immerfus. Aut ictu fulminis: aut hiatu terræ p̄ eundem illi esset: qui talia cōmisisset. Dolemus sane: si uera sunt exposita in domo illa nobili malatestarum: ac peruetusta homini monstra hominū reperiri. Dolemus temporis nostri uicem: in quo tanta regnat iniquitas. Dolemus & angimur tam horrenda: tam immania: tā abominabilia: tam nefanda crimina de nostris subiectis posse referri. Felices quodāmodo essemus: si subditos nostros non tam pro maleficiis supplicio q̄ pro benefactis præmio afficere teneremur. Beatus: quantum in terra datur: is princeps est: cui pacata & bonis referta uiris prouincia obuenit. Nec ille deo ingratus est: qui peruersorum hominum uitiiis labefactam regionem expurgare conatur. Sed illud optari potest, hoc præstari debet. Nos igitur quando in subditis nostris non reperimus quod cupimus: id præstabimus: quod debemus. nobilissimumq; & latissimum ecclesiæ regnū cui diuino nutu non nostris meritis præsidemus: quātum ex alto dabitur reformabimus. Nec pyrrhatis aut latronibus dilaniandum permittemus. Sigismundus de nobis multa beneficia consecutus est: plura de romana ecclesia: plurima de deo: sed ubiq; ingratus ē: si uera audiimus . Utinam dei dona cognouisset: & si non ut hō gratus: at saltem non ut dæmon ingratus uitam duxisset. Nos iniurias nobis irrogatas facile possumus & uolumus remittere ecclesiæ. & ipsius magni dei cōtumeliam negligere nec uolumus nec possumus. Iudicium a nobis petitur. iudicium faciemus . Sed meminimus aduersus eundem Sigismundum super huiuscemodi criminibus aut certe similibus Dilecto filio nostro Nicolao cardinali sancti Petri iam pridem causam cōmisisse cum potestate citandi etiam p̄sonaliter & per edictum. nec ambigimus quin ipse pro sua diligentia processerit: quantū potuit. Ad eum igitur hæc: quæ mō recitata sunt: remittimus: & sine præiudicio prioris cōmissionis

CONTRA

cōmittimus cum simili potestate. Vos circumstantes rara & pœne insolita audiuitis. Ironicam canonizationem Sigismundi malastæ nouo & inusitato modo dicēdi accepistis. Non scimus an hæc cuncta ueritate nitantur. Verum alia hodie canonizatio audita est quam diui Bernardini Senēsis fuerit. Ille propter multa bona opera a Nicolao prædecessore nostro inter sanctos cælites: Sigismundus propter infinita scelera ab Andrea benzio senensi: quantum i eo fuit: orando inter pessimos dæmones est relatus. Cardinalis autem examinatis nonnullis testibus fidedignis: & uisis omnibus atq; discussis: quæ uidenda & discutienda fuerunt: rettulit nobis in consistorio secreto crimina omnia & omnes excessus: super quibus Sigismundus fuisset delatus: aut testibus idoneis: aut uoce publica comprobari, quæ uero maiora & atrociora essent ita uulgo: & rumore plebium confirmari: ut manifesta & notoria iudicari possent: quibus cognitio certiores redditi sumus Sigismundū nō alium esse quā fuerit per aduocatum fisci descriptus. Et quanuis magnus est nobilitatis fauor: non tamen efficit incredibilia: quæ uidetur: nec parentum claritas filiorum excludis tenebras. Nascuntur etiam in generosis domibus monstra hominum: & probissimi nonnunquā parentes sceleratissimos filios genuere. Non sanguinis antiquitas: sed mentis puritas arbitrio peccandi obstitit. Non est uinum sine fece: neq; argentum sine scoria. Nobilior Iuliorum: Claudiorum: Fauiorum: & in his tamen Cathelina: Clodius: Nero: Domitianus inuenti sunt pestes urbis atq; orbis: ex Adam omnis nobilitas ortū habet: & tamen filius eius Chain fratrem interfecit. Claritudo generis sicut uirtutē illustrat: ita & uitia reteggit. Cōspicua est in utranq; ptem uita nobilium: quā quis nō satis recte nobilem dicimus: qui relicta probitatis uia degenerauit in sordibus: hoc tamē malastæ nobili familiae Sigismundus præstitit: Si tamen ex illa natus est: ut nulli cedat in uitis: quæ plumbus cessit in uirtutibus. Neq; n. Sigismundo improbiore facile quis quā inuenerit. Nullæ hoc aures respuunt. Prius eū sua uita: quā nostra uel suspicio uel sententia dānauit quā ab adolescētia nō solū intempantia & scelere: sed et consuetudine & studio & omni flagitio stupro cæde uersatus est: quē semper omnes ingenium eius contemplati ad Italiæ incēdium &

SIGISMVNDVM MALATESTAM

publica latrocinia natum putauerunt: qui semper petulans: semper
 audax: semper libidinosus habitus est: qui exturbare homines suis
 possessionibus cedem facere amicorum. spoliare fana. uim puellis
 inferre: qui nuptas: qui uiduas: qui sacras moniales opprimere.
 qui compatrem occidere. qui dominos prodere: qui uxores necare
 qui oppida inflamare: qui sanctas aedes incēdere. qui magnam pa
 scae diem sanguine foedare. qui sine poenitētia sacratissimum chri
 sti corpus assumere. qui iusiurandum uiolare. qui censuras eccle
 siae contemnere. qui religionem spernere. qui blasphemare deum.
 qui parua de fide loqui ac sentire ausus est. Nunc profecto nemo
 regem sceleratorum esse negauerit: qui neq; christianus ē opinio
 ne sua: neq; iudæus: neq; gentilis: qui nulli philosophorum sectae
 additus est nisi forsitan epicureae. Nobis quippe scelera eius: quae
 ante commemorata sunt: partim ex ore suo: nam multa ipse Mā
 tuæ rettulit: cum se falso diceret emendatum: partim honestorum
 uirorum attestationibus: multa per facti euidētiam: quae notoria
 dici possunt. Omnia uero per commissarii relatiōem & publicam
 populorum uocem ac famam innotuerunt: audita omnibus per
 uulgata percelebrata. Ob quas res in his tot tantisq; & tam atro
 cibus: tam immanibus: tam nefariis & horrendis maleficiis mini
 me conuiuendum aut dissimulandum putauimus: sed quanto pe
 riculosius peccatum est: tanto diligentius uindicandū censuimus:
 & nunc potissime quādo de peccatoris uel conuersione uel reditu
 spes nulla relicta est. Imitandus est nobis ipse cæli terræq; iudex
 ac creator omnipotens: qui angelos non seruantes suum principa
 tum ex celi domicilio disturbauit: & in iudicium diei magni uincu
 lis æternis sub caligine reseruauit: qui Sodomam & Gomorram
 ac finitimas ciuitates euntes post carnem alteram incendio abstu
 lit: & ignis æterni poena damnauit: qui cum Dathan & Abiron
 dissidioꝝ inuentores rogante Moyse hiatu terræ demersit in pro
 fundum abyssi: & Pharaonem prius decē plagis admonitum nec
 audientē marinis inuoluit fluctibus. adhibenda est. n. iudicii seue
 ritas: ubi clāmētiae contēnit leuitas. Cunctis igitur diligenter ac
 mature pensatis: quae hac in cā cōsyderanda occurrerūt de cōsilio
 & assēsu uenerabilium fratrum nostrorū sanctae romanæ ecclesiae

CONTRA

Cardinalium pro cōsistorio sedentes in noīe sanctæ & indiuiduæ trinitatis patris & filii & spiritus sancti: In cā contra Sigismundū malatestā agitata sententiam nostram definitiuam in his scriptis & hunc modum proferimus: & promulgamus. In primis enim Sigismundum ipsum Malatestā: qui se Pandulfi filium nominat manifestū concubinarium: fornicarium: adulter: stupratorem: incestuosum: sacrilegum: raptorē: prædonem: incēdiarium ecclesiæ: & piæ locorū spoliatorem: inuidiosum: ambitiosum: iracundum: crudelem: homicidā: sanguinarium: parricidam: proditorē: falsariū periurum: gladiatorē: sicarium: perduellem: religionis irrisorem: blasphemum: hereticum: & multis excōmunicationum sententiis irratitum ab ecclesia catholica: & ab ipso imortali deo reprobatū & maledictū pronūciamus & declaramus. Et nihilominus ipsum pro maiori populorū fidelium certitudine: ne q̄s p̄ ignorātiā sibi cōmunicet: harū serie de nouo excōmūicamus: anathematizamus: & a corpore militantis ecclesiæ tanq̄ putridum membrū præcidendum esse decernimus & præcidimus: sibiq; tanq̄ morbosæ & infectæ pecudi totius Christi oculis cōionem atq; cōmercium interdici m̄ suāq; aīam: nisi priusq̄ exeat: ex coenoso illo carnis ergastulo resipuerit: crudelibus cruciandā dæmonibus: & igni exurēdā æterno concedimus. Corpus uero dum aīatum est: malignis uexandū spiritibus tradimus. Ut postea q̄ aliter infelix aīa emendari non pōt: hoc saltem mō: si deus dederit: in uiam salutis redigat̄. Qui si ad exitum usq; malignitatē retinuerit: cadauer eius dānato relictum spiritu sine exequis: sine imaginibus: sine laudibus: sine pōpa: sine funere infelicissimis semiuustum lignis dilaniandū nocturnis canibus aut feris obiiciendū statuimus. Si quis funeri eius interfuerit: aut corpus eius sepeliendi gratia attigerit: anathema & locus pollutus esto: ī quo fuerit: q̄uis audacia sepultū: neq; nisi iussu romani pontificis reconciliet̄. Si q̄s uero Sigismundo uitā agenti aut ī sacris aut aliquo quouis modo excepta conuersionis suadendæ cā cōmunicauerit: cuiuscūq; conditionis statusue fuerit: & quacūq; dignitate præfulgeat ecclesiastica: seu mundana: et si cardinalatus aut pontificatus honore regaliue: aut imperiali culmine potiat̄ excōmunicationis sententiam a nobis tantū uel successoribus nostris

SIGISMVNDVM MALATESTAM

relaxandam incurrat. Loca etiam: ad quæ ipsum declinare contigerit: pro tempore suæ moræ ecclesiastico supponimus interdicto. Presbyteros uero: quicūq; tandem hi fuerint: siue religiosi: siue sæculares: qui coram homine tam scelerato: tamq; nefario aut in alienis ecclesiis celebrare præsumpserit: aut eo præsentē diuinis officiis interesse pro prima uice excōmunicatos: pro secunda ab omni sacrorum ordinum executione suspensos: pro tertia beneficiis omnibus ecclesiasticis officiis honoribus & dignitatibus ipso facto priuatos esse decernimus: liberam illorum prouisionem locorum ordinariis permittentes. Qui si quis episcoporum in hoc errore cōpertus fuerit: sciat se prima uice ab executione pontificalis officii suspensum: secunda uero ecclesia sua priuādum. Et ulterius Sigismundum ipsum tanquam domini sui id ē sanctæ Romanæ ecclesiæ proditorē ac maiestatis reum de fide Orthodoxa pessime sapientē blasphemum atque hæreticum uicariatu Arimini: Fani: Senæ galliæ: Montifferetri: Cesenæ: Muldauii & aliorum: quoruncūque locorum: quæ a Romana uel alia quacūq; ecclesia quomodolibet obtinet: siue obtinuit aliquando: priuatum esse decernimus ac priuamus. Ciuitatesq; ipsas & oppida seu loca cū suis comitatibus: territoriis: iurisdictionibus & pertinentiis quibuscunq; ad nos & Romanam ecclesiam ipso iure redisse ac reuerti debere decernimus & declaramus aliarum ecclesiarum: iure seruato uolentes ad eas remeare: quæ fuerunt earum. Feudatarios uero uassallos & subditos quoscunq; ipsius Sigismundi ab omni subiectiōe pmissiōibus quoq; & iuramentis: quibus ei quoquo modo teneantur: absoluiimus: & absolutos esse declaramus. Et si qua in futurum eidē aut suis procuratoribus iuramenta præstiterit: ea decernimus nullius esse roboris uel momenti: id ipsum: de quibusuis promissis atque obligationibus statuentes & amplius uassallis ac Feudatariis ipsis cæterisq; subditis quocunq; nomine censeantur: & eorum cuiuslibet iniungimus ac mandamus: ut post quatrimestre a die datæ præsentium computandum Sigismūdo præfato ac eius officialibus seu mandatariis obedire. censum dare: uectigalia & alia quæuis iura persoluere: operas præstare: honorem quemcunq; impēdere omnino cessent: neq; illum ī dominum aut uicarium quoquo

CONTRA

modo recognoscant aut habeant. Ipsumq; & eius procuratores & & uicē gerētes de terris: quas incolūt aut expellāt: aut ipsi recedant ad aliena dominia trāseūtes: siquidē tutius est panem sub christiano bonoq; p̄ncipe mēdicare: quā sub hæretico tyranno magnas diuitias possidere. Qui si elapso quatrimestri sub eo remanserint: ei ue obedierit: aut honorem īpenderint: illumq; quoquo modo in dominū aut uicariū recognouerint: aut habuerint extūc eos & eorum quemlibet: quocunq; loco reperi fuerint: tāquam hostes ecclesie ac fidei capiētium seruituti & eorum bona præde subiicimus. Si quis uero cū ipsis aut eorum aliquo aliter: quā dictum sit: conuersatus fuerit: ipso facto excōmunicationi subiceat: eādē q; pœnā incurrat: qui p̄ se uel alium genus aliquod com meatum: seu mercimoniorū ad eos uel eorum aliquem miserit: uel ab eis acceperit aut ipsis siue eorum cuiuspiam ad suas terras ueniendi saluum conductum cōcesserit. Ipsosq; uel eorū aliquem quoquo mō receperit: uel communitas fuerit: ecclesiastico subiaceat interdicto: & nihilominus urbes & terræ ipsæ: in quibus Sigismundo obediri contigerit: ecclesiastico subiaceant interdicto. Ita ut neque in Cathedralibus aut collegiatis & aliis ecclesiis sæcularibus neq; in monasteriis aut cōuentibus quoruncūq; religiosorū etiam mendicantiū nisi clausis ianuis: & excluso populo uoceq; summissa: campanis nō pulsatis diuina officia celebrentur: parem q; pœnam subeant: qui coram populo sic interdicto celebrauerint: ac si coram ipso Sigismundo rem diuinā fecerint. Quod si quispiam tantæ audaciæ aut temeritatis repertus fuerit ut Ariminum: Fanum: Feretrum: Senam galliæ: Muldauium: aut alium quemcunque locum ex his: quæ Sigismundus a Romana uel alia quauis ecclesia obtinuit ipsius Sigismundi nomine: aut suo proprio uel alio quocunque detinere iuadere occupare regere gubernare: aut quouis quæsito colore administrare præsumpserit: etiam si frater eius fuerit: aut filius hūc hostem ecclesie romanæ perduellem proditorem ac rebellem eo ipso fore decernimus: atq; his pœnis excepta sanguinis uiltione subiacere: quas rei maiestatis ac suorum dominorū proditores & rebelles dispositione iuris incurrūt excōmunicationis & anathematis adiecta censura. Liberis autē Sigismundi utriusq; sexus

SIGISMVNDVM MALATESTAM

omne dignitatis atq; honoris aditū usque ad quartā generationē præcludimus: hæreditatis cuiuscūq; aditionē legatorūq; capiēdorū facultatē interdiciamus: ipsosq; indignos declaramus: & tanquā ui peream sobolē toxico liuidā ac noxiā nullius officii: nullius feudi: nullius uicariatus decernimus esse capace: cassantes & irritātes omnia & singula priuilegia & idulta: quæ uel per nos uel per nostros prædecessores sub quauis forma uerborū cōcessa fuissent. Et quoniā perditū filiū & matri suæ insultantē semperq; peiora moliētē non spiritali tantū gladio coercendū: sed materiali quoq; temeritatem eius necessario comprimēdam ducimus. Scientes uersutias eius qui more fabulosi monstri in uarias sese formas trāssfigurare facile compræhendi ualeat. Si non dabit corpus eius inuenire loca: quæ olim obtinuit: quærere pposuimus: ne facto teneat: quæ iure amisit: ne ue per aliū occupet quæ per seipsum retinere non potest: Ea propter uniuersis & singulis Regibus: Episcopis: Archiepiscopis: Patriarchis: Cardinalibus cæterisq; personis ecclesiasticis: Ducibus: Marchionibus: Comitibus: Baronibus: Cōmunitatibus: Collegis: Vniuersitatibus: cæterisq; omnibus & singulis tā in Italia: quam extra constitutis harum serie inhibemus: ne memorato Sigismundo: fratriue: aut filio eius aut alteri cuicunq; ciuitates seu loca huiusmodi obtinenti per se uel alios arma ministrent: pecunias suggerant: com meatum suppetant: auxilium: consilium: fauorēue quoquo pacto præbeant. Si quis contra fecerit: quicumque is fuerit: & quauis excelsa præditus dignitate maledictus existat excōmunicatus: & diuino percussus Anathemate: nec de salute animæ speret: nisi ante finem uitæ pœnitentiam agens apostolica fuerit auctoritate adiutus. Vniuersitates autē diuinis sibi penitus interdictum sciant: & nisi sese corrigāt: diuinam ultionem expectent. Excōmunicamus quoq; & anathematizamus uniuersos & singulos cuiuscunq; status conditionisue fuerint: & si pontificali regaliue potiant honore: qui directe aut oblique fecerint: quo minus hæ litteræ nostræ uel eaz exemplaria in suis aut alienis dominiis legi: affigi: publicari: ut ad oīum noticiā deduci possint. ecclesiis quoq; monasteriis cōuentibus: & aliis quibusuis sacris locis: in qbus diuina celebrata fuerint officia: contra hanc nostram prohibitionem

CONTRA

oīa priuilegia: omnia īdulta: omnes exēptiones: omnes gr̄atias: quibus ab apostolica sede ornata & dotata fuerūt: harum serie subtrahimus: & reuocamus. In qua parte & in omnibus aliis supradictis nullam legem: nullum canonem: nullā cōstitutionē nullā ordinationem: nullum decretum: nullum priuilegium: nullum indultū apostolica uel alia quauis auctoritate concessum obstare uolumus quibus omnibus quo ad præmissa: etiam si de uerbo ad uerbum specialis mentio facienda esset: tenore præsentium derogamus: illis alias in suo robore permansuris. Sed ait fortasse quispiā Sigismundum cum hanc sententiam audierit: suo more cēsuras oēs cōtēpturū & irrisurūq;: nec nos aliter opīamur: Nā quo pacto humanas ille sententias curet: q̄ spernit diuinas: aut quomō pōtificē audiet iudicātem: q̄ deū irridet cōminantē. Non tam hic decretū horret: quam ferrum: non tam paginam: quam lanceam: nō tam litteras quam enses: præsentia tantum & pūgentia ueretur. Ridebit inter suos & gloriabitur in nequitia: & pulchre existimabit apostolicam contra se sedem irritasse. Aduocabit ad se purpuratos uiciārum terrarum & corona populi dicet multa de religione cum irrisione. ecclesiasticam hierarchiam uituperabit: quæret an edere possint excommunicati: an uini saporem auferat anathema: dicet bene secū actum: cuius supplicium ad inferos remittatur: sibi curandum esse ut uitā iucundam agat: post obitum nescire quid sit fabulosa illa: quæ asseruntur: eos: qui aliquid impie scelerateq; cōmiserint: agitari & perterreri apud inferos dæmonum tedis ardentibus: atque igne cremari: qui nunquam deficiat. Sed senties aliquando: senties Sigismunde: senties infelix inferos esse: senties ardētem sine fine gehēnam: senties iram dei executore nequaquam carere: & tortorem senties diabolum: Nec te putes moriēdo pœnas euasurū: tunc magis in tormentis uiues: cum morieris: & miserimum intelliges te mortuum mori non posse. Nec tamen interea cruciatu carebis. Torqueberis etiā uiuens: hic quoque incipies pati. Neque enim natura fert: ut quieta sit iniqui mens: sua quenque fraus & suus terror maxime uexat: suum quenque scelus agitat: amentia que afficit: malæ cogitationes conscientiaēque animi terrent. Hæ sunt facinorosis hominibus assiduæ domesticæq; furia: quæ dies

SIGISMVNDVM MALATESTAM

noctesq; læforum pœnas a consceleratis auctoribus repetant. In gens pœna est male actæ uitæ cōsciētia. Urget hæc assiduo flagello: & surdo uerbere cædet. Te quidem: quanuis ferus es: nō tamē omnino humanitatis expertē credimus. Remansit illa synteresis. remāsit aliqua rationis cognitio: Remāsit cōsciūs animus & mēs maleacti æui memor: quæ te nō modo uigilantē: uerū etiā dormientē expungit: & uermis: qui semper rodit. An non terreris: nō an geris: nō undiq; premeris: cū tibi dormienti species occurrunt earum: quas intermisisti coniugum & tuam tibi impietatem exprobrantur. Quis tuus tunc conspectus est: cum compatris imago se se offert: quem crudeliter occidisti: cum pudorem cōmatris uiolare non posses? Quid religiosis illis te per quietem obiurgantibus respondes a quibus cum honestarum matronarum confessionem extorquere non posses: uitā crudeliter extorsisti? quo uultu illius uirginis effigiem inter somniandū respicis: cuius inexpugnabilē pudorē morte mulcasti? Quid uigilans si quādo solus es? An nō memoria repetis transalpinā mulierē: dum romā in publica orbis pegrinatione petit: a te cum probro totius Italiæ uiolatā. An non in mentē ueniunt supra: adulteria: incestus & a te oīa p libidinē fœdata? An non quot annis pascalis dies tuis in auribus clamitat. Sigismundus me germanorum sanguine polluit? An oblitus es quotiens fidem fregeris cum Romanis pontificibus dominis tuis regibus & ciuitatibus? Quid iusiurandi uiolatam sæpe religionē memoramus? hoc certe obliuisci non potes: nisi ea quoque mente excidunt: quæ singulos dies agitas. Vix enim sine periurio lex ulla tibi decurrit. Sane quanquam rara tibi solitudo est turpibus stipato gregibus: si tamen aliquando mentem ad te reuocas: & in eius successum raperis: & opera tua inspicias: non dubitamus: quin te pudeat tædeatq; unum esse: qui omnium iudicio pessimus censearis. Nec te iuuat digyto mōstrari & dici hic est: cuius proditio nes numerari non possunt. cuius uitæ fœtor totam inficit Italiā & ad exteras usq; gentes penetrat. Interdum etiam timor dei te occupat. & ultionem iudicii times. uellesq; minus credere quā credas. sed cogit te nōnunq̄ humanitas cogitare de deo. & iustum intelligens locasse coniectaris inquis mali boniq; suam mercædē

CONTRA

accipiant: tumq; uitæ prioris pœnitet: & cogitas in uiam reuerti. Sed cum molé illam peccatorꝝ grauissimam respicis. Cum te ī profundum malorꝝ peruenisse aīaduertis: rursus ad ingenium redis & cōtēnēs sacros ueteresq; sermones nihil esse post obitum dicis: quod ferme pro consolatione sua miserrimi & inquinatissimi oēs peccatores solent astruere: sed modo credunt: modo non credunt tanquam nubes sine aqua a uentis nunc huc: nunc illuc circumferuntur: cum quibus & tu sæpe dubius: sæpe incredulus: quanuis inuisibilibus tamen asperrimis conscientiaē stimulis agitaris: & iā uiuus his urgeri suppliciis incipis: quibus apud inferos mortuus perpetuo cruciaberis. Sed hunc dimittamus: & uniuersitatem fidelium paucis alloquamur. Quicumq; Christum colitis fratres ac filii dilectissimi Sigismundum fugite: quid Christo & Belial? quid deo & dæmonio? quid candido & nigro? Nemo uirtutes diligit: q̄ non oderit uitia. nemo Christum amabit: qui Sigismundum amabit. Relinquire: qui sapitis: tabernacula eius. fugite consortium. declinate colloquium. nemo sibi: nemo suis ministris cōmunicet. pestifer hō est: neq; sine contagionis periculo usus eius esse potest. Nec picem quis tangit: & non inquinatur ab ea? Repellite a uobis uenenosam bestiam: non est hic homo: ut uidet̄: sed bællua potius iudicanda ex portento nata immani aut fera forma hominum induta. Aut fortasse dæmon fantastico corpore circūdatus: illud certum quia diaboli filius est: & diabolum habet patrem: cuius opa facit: cuius mētem: si possetis introspicere. En quas libidines: quæ flagitia: quas turpitudines: quantas audacias: quātos incredibiles furores: quas notas scelerum: quæ indicia parricidiorum: quātos aceruos facinorum: quas & quantas spurciciarum sentinas inueniretis. Difficillimum est huic prodigio sine labis periculo cōuersari. Repellite igit̄ ac procul arcete uestris ex finibus prodigiosum aīal: tanq̄ unum ex præcursoribus Antichristi: scientes q̄a deo placere & Sigismundo fauere nō potestis. Attendite uos: q̄ sublimes estis in Italia: Attendite uobis & uniuerso gregi. Studete: ut tādē hac teterrima peste uestra patria nobilissima liberetur: cuius patiētia mirabile dictu est: quō ita obduruit ac percalluit: ut hūc publicum insultatorem bonorꝝ morum: uastatorem regionum: legum

SIGISMVNDVM MALATESTAM

hostem: religionis perniciem tãto tempore tulit. Deceperunt uos sicut & nos blanda hoīs uerba: & fidem fecit frugis lingua dolosa. Sed ueniat aliquando tempus, illucescat dies qua mali plectantur: nec semper impune blasphemi crassentur. Fecimus nos quod potuimus aduersus impium: nec cessabimus: donec deficiat. Sed uos quoq; adesse oportet & tanquam ad commune restinguendum incendium manus apponere: omniq; studio niti ut serpens uiolentior basilisco in cauernam ignis mittatur. Nam si templum quoddam sanctitatis: amplitudinis: mentis: cōsiliū publici caput orbis: aram sanctorum: portum omnium gentium: refugium oppressorum: sedem iusticiæ: magistram fidei: ac morum apud uos esse. Romanam ecclesiam in Italia gaudetis: & perseuerare cupitis. studendum est ne suæ gloriæ prodigi insectatores alienæ: qui turpitudini seruiunt: diuina & humana iura contemnunt: uestris consiliis adiutetur: qui uno ex uestro consortio sic euiciantur: ut odio uobis esse malignos totus orbis intelligat. Cæterum te quisquis tandem fueris: qui nobis præsentī luce præfunctis in apostolatu diuina dispositione successeris: etiam si longissima pontificum serie post migrationem nostram ad beati Petri cathedram puenieris obnixè rogamus atq; hortamur: & per uiscera misericordiæ domini nostri Iesu christi requirimus: & obsecramus: ut illatas tot per Sigismundum ecclesiæ Romanæ religioni & Christo cōtumelias nisi nostro tempore uindicatæ fuerint: haud quaquã inultas transire sinas: sed toto ingenio: totis uiribus: toto conatu persequaris. Neq; minori aī aduersione uindicandā Sigismundi temeritatē putes: q̄ hæretici cuiuscunq; blasphemiam: qui eo insanix processit: ut deū esse nō solū lingua: sed etiam uita negauerit: cunctis quæ possunt excogitari uitiorum sordibus immersus. In quos mores summa crudelitas est: non esse crudelem. nil æque nocet ecclesiæ q̄ indulgentia frequens & impunitas erratorū. Qui pontificē aliquē lesit: sperat: & sæpe reperit in successore ueniam. Hic oppida occupant ecclesiæ. hinc pulsati clerici. incarcerati sacerdotes. occisi episcopi. Cardinales capti. & in ipsum aliquādo Christi uicarium manus iniectæ. nihil nō audent hoīes: ubi non sequitur pœna flagitiū. Nihil tā prouocat delinquētes q̄ felicitas ueniæ. Rara in urbe sce

AD MAHVMETEM

lera: in qua iudicis seueritas expectatur. Nobis cura erit: dum uixerimus: ne proditor sui & omnium: qui sibi credunt: Sigismundus deo nostro & ecclesiae sanctae impune illuxerit. Quod si prius diuina bonitas nos reuocauerit: quam illum pro meritis puniuerimus: tuum erit o carissime successor id perficere: quod relinquerimus imperfectum. Neque huic impio uel generi suo apostolicae sedis aliquando gratiam reddere: nisi per poenitentiam & satisfactionem meruerint. Quod si aliter iudicaueris: hoc saltē praecessori tuo cōcedito: ut priusquam beneficium absolutionis impendas: has litteras nostras in sacro cardinalium collegio te praesente iubeas recitari: ut intelligant oēs qui sint: qui recipiant ad gratiam. Ad quas res & si te nostris uerbis ligare non possumus: hortari tamen ac rogare non prohibemur. Tu pro tua sapientia haud alium erga praecessorem tuum te exhibebis: quam successorem erga te cupias: quando & tua quoque dies uentura est: & nihil antiquius rectoribus populi quam per iusticiam & iudicium gratiam creatoris inire. Data Romae.

Pii Secundi Pont. Max. ad illustrissimum Mahumetem Turcorum principem epistola siue oratio septima.

Ius episcopus seruus seruorum dei Illustri Mahumeti principi Turcorum timorem diuini nominis pariter & amorē. Scripturi aliqua ad te pro tua salute & gloria: proque communi multarum gentium consolatione & pace hortamur: ut benigne audias uerba nostra. nec prius damnes quam iudices. nec prius iudices quam singula diligenter intelligas. Accipe quae scribimus in bonam partem & usque in finem patienter audi. Si bona sunt quae suademus: amplectere. Si mala: respue: & in ignem mitte neque idcirco epistolam reicias: quia christiani hominis est: & eius christiani qui ceteris praest. Non enim te odio prosequimur: neque tuo insidiamur capiti: quoniam hestis nostrae religionis existas: & armis christianam urgeas plebem. Opibus tuis non tibi sumus infensi. Diligimus iubente domino inimicos nostros: & pro persecutoribus nostris oramus. Sapientibus & insipientibus debitores sumus: & oēs cupimus fieri saluos: graecos: latinos: iudaeos: Sarrhacenos: oibus optamus bona. Sed scimus

TVRCORVM PRINCIPEM

uera bona neminē assequi posse: qui extra euangelium degit: & a christo domino nostro est alienus. Noli aut aures claudere: aut oculos auertere: cum christum nominamus: quem Mahumetea lex: ī qua natus es: & uirum sanctum & prophetā magnum & uirginis filium & miraculis clarum dixit. Multa tibi per eum & maxia bōa euenient: si ei credideris: & eius sacris initiari uolueris. Horresces: hęc cum primum accipies. Sed audienda est tota lex: deinde iudicium promendum. Audi quo tendo. Multa tibi & tuis progenitoribus cum christianis bella fuerūt. multus sanguis effusus ē. multæ urbes deletæ. sacræ ædes incensæ. raptæ uirgines. uiolatæ matronæ. uastati agri. scelera ppetrata sunt: quæcunq; in mentē uenire possūt: dum Turcus & christianus uter imperet: gladio contēdit. tibi ut fama: ut opera ipsa loquuntur: īgens desyderium est christianos sub iugum mittere: & imperium latini nominis obtinere. Et sunt fortasse: q; facile hoc suadēt: & omnia tuis armis peruia dicūt & alii tuas uires amplificantes christianas attenuant. Alii in diuisionibus & odiis: quæ gentem nostram excedunt: spem collocant: haud difficile existimantes eos uinci posse ab exteris: qui domi disfidēt. Nos nō ita ignarum te credimus nostrarum rerum: quin scias: quanta est christianæ gentis potentia: quam ualida Hispania: quam bellicosa Gallia: quam populosa Germania: quam fortis Britannia: quam audax Polonia: quam strenua Hungaria: quam diues & animosa & bellicæ rerum perita Italia. Sola Hungaria progenitores tuos & teipsum fatigauit. Octogesimum iam annum aduersus Hungaros Turcorum signa feruntur: & adhuc circa sauum & danubium hæret: una te gens tuasq; uires agitat. quid facias: si tibi cum italis: aut germanis: aut gallis res fuerit amplissimis & robustissimis populis: fortasse non deest: qui dicat iustinianum Imperatorē Constantinopoli sedentem misso in Italia Bellisario cum parua manu militum pditam Romā: & reliqua loca usq; ad alpes recuperasse. Nec te Iustiniāo minorem esse. Caue: ne te fallant aduatores domestica regum & assidua pestis. Facile p̄cipes magna de se loquentibus aurē præstāt: atq; idcirco decipiūtur. Rarus ē: q; uero se nō maiore credat. Iustinianus uniuersæ græciæ: & illyrici: & Asiæ: & Libyæ dominus erat: & Italiam non acquisiuit: sed re

Lano p̄stano

*p̄cipes regū
aduatores*

AD MAHVMETEM

cens perditam recuperavit: & a Gotthis gente barbara: non ab ita-
 lis abstulit. Nundum amor imperii Romani in mentibus italis re-
 stingerat. neq; ullus erat: qui Barbaricū iugum æquo animo fer-
 ret. Cuncti arma pro Imperio & p̄ patria magnis animis suscepe-
 runt. Nec tam Bellisarius italis libertatē restituit: quam itali suū
 decus uendicauerunt. Tui progenitores nunqua aut italiam pos-
 sederūt aut uiderunt: nec tibi ius ullum in ea est. Quod si pergas
 italiam inuadere: senties tibi cum uiris bellum esse. Fatemur res
 claras tui maiores egere: nec tua minora sunt opera: qui Constanti-
 nopolin expugnasti: & Perā e regione genuensiū coloniā & Pelopō-
 nesum magna ex parte in deditiōem accepisti. & in Rascia: & i Va-
 lachia nō parū agri adeptus es. & sæpe tuos hostes fudisti: & hoc an-
 no synopem uetustā urbem Mithridatis. Cupatoris patriā & æui
 tyrannum cepisti. & Trabezunte direpta incolas eius & Imperato-
 torem in captiuitatē adduxisti: & Iohānem Cassanū prælio cōgre-
 di ausum superasti. Magna tibi hæc uidetur: nec nos parua dicius
 At Iulius Cæsar cum de uictoria pontica triumpharet: curru: quo
 uehebatur: hæc uerba iussit inscribi. Veni: uidi: uici: ibelles eas gē-
 tes & parui momenti existimās: quas Pompeius pauloāte domue-
 rat: & tu hac æstate superasti. Alia est italorum natura: aliæ uires:
 alia ingenia: alii animi. Nesciunt subesse: qui soliti sunt præesse.
 Et nunc tota Italia armata est equis & hominibus plena. nec pecu-
 nia caret: quæ neruus belli dicitur. Non pugnabis cōtra foeminas
 aut italiā: aut hungariam: aut aliam occidētis prouinciā igrēssus.
 Ferro hic res gerit. Nō asiaticis sudibus Chalybeus thorax pecto-
 ra tegit. Equi simul & hoīes tecti pugnant. ordines seruāt. nec ua-
 no metu pauent. Fortior sit: necesse est: & manu prōptior: & animo
 præstātior: qui eos loco depellat: Nec christiana dissidia desyderio
 tuo cōducere putes: aut in his cōfidas: Vnient christiani oēs: si quā-
 do audiant te interiora christianitatis accedere: nec tu melius chri-
 stianorū paci cōsulere potes: q̄ ualidis & magnis copiis christianita-
 tē inuadēs. Cessabūt priuata odia: ubi publica senserint & coniu-
 ctis uiribus aduersus cōmunem hostem arma sumentur. Nec tu
 arbitreris ad propulsandas tuas incursiones: ad comprimendū tuū
 imperium: tuasq; uires elidendas totam christianitatem uniendā

TVRCORVM PRINCIPEM

esse: Quod fatemur difficile. Sed una ex quattuor nationibus satis superq; satis tuas copias profligare. Atq; ut de aliis taceamus: Cōplures esse in tuo palatio arbitramur: qui terram Italiam lustraerunt: & uires & ingenia noscunt. Ipsos audi: atque interroga. An æquari tuis uiribus italia possit: an uinci tuis armis: an tuo imperio subiici. Plus negotii romanis fuit italiam acquirere: quā orbi reliquo fræna imponere. Dicit aliquis: quod supra tetigimus: intestina odia: quæ nostram gentem exagitant: introitum tibi in italiã posse præbere. Et si unus principū te excludat: alterꝝ inclusurꝝ daturum que aditum. Sunt diuisiones sane: & inimiciæ & similitates inter Italos plures & graues & periculosæ: & utinã non essent Sed nullus est: qui pati non uelit christianū. Omnes in fide Orthodoxa mori uolunt. Nulli animus est a religione recedere. Non hic inuenies quod tui maiores apud græcos: qui contēditibus de Imperio duobus nunc uni: nunc alteri minus potenti auxilia ministrarunt: donec ambos eneruatos & exhaustos eiecere: & sibi principatum arripuere. Aliæ sunt Italiæ potentia. alii regum oculi. alia ciuiatum cōsilia. Venetorꝝ resp. sapientia diues & auro christo deuota: ut nostra fert opinio: prius euertetur fūdītus: q̄ hostem religionis patiatur intrare atq; hæc quidem pro sese. quando statuerit: nullis adiuta uicinis tuas opes euertet: Terra mariq; præest. An florētinae urbis magnificentiam ignoras? & uires & opes? & quantus in ea religionis cultus? quanta erga Iesum reuerentia? quātus amor? credis ne fieri posse ut hæc ciuitas italiam diuersis religionibus apri sinatur? Sunt aliæ multæ urbes insignes: Multi principes clari & magni: nihil de regno Siciliae dicimus: quod armis hac tempestate cōcutitur. Non possumus multa nobis de illo promittere: licet tamē hoc asserere: qđ quanq̄ duo reges de ipso litigēt & bello decertēt: maluerit tamē uterq; regno priuari: q̄ tuis auxiliis uictoria potiri. Quod si ad te alter cōfugerit: totius italiæ ī se odia cōcitauerit. In Gallia cisalpina: quæ & ipsa pars est italiæ: Dux Mediolanensis in armis excellit: & potentia par regibus habet. Nec parua sunt Ducis Mutinae uires. Aut genuensis: qui liguribus præest: mari non contēnendus: Ducis Sabbaudiae opulentus & ualidus est in Italia principatus. Adest Marchio Mantuanus. Sunt alii cōplures urbū

AD MAHVMETEM

domini: quibus nihil posset esse molestius: quam nobilem italiam uanæ superstitionis ritu foedari. De nobis & ecclesiæ romanæ ciuitatibus & puinciis tacemus. Et quando nostram tibi professionem haud ignotam esse confidimus. Quibus sola cura est ampliandæ fidei domini nostri Ihesu christi. Hæc si ab aliis accepisti: gaudem? si minus hortamur: hæc discutias: & uerè in uerè inuestiges: Inuenies nihil nos esse mentitos: non foliū Sibyllæ: ut quidam ait: sed euāgelii paginam recitamus. Est atq; adeo difficile ut impossibile dici queat. Te: tua lege permanente compotem uoti fieri. Si: ut aiunt: christiāorum Imperium desyderas. Dices cōplurimos tibi christianos subesse: & de reliquis idē speras. Non est par ratio. paucissimi sub tuo imperio christiani sunt: qui ad ueritatem ambulēt: & omnes euangelii sunt aliquo errore imbuti: quanuis christum colant Armenii Iacobitæ: Maronei: & alia quædam nomine græci ab romanæ ecclesiæ unitate aberrant. Cum tu constantinopolin inuasisi: nec dum decretum florētinum acceperant: & in errores stabāt: neq; de spiritu sancto: neq; de purgatorio igne consona recte fidei sentientes. Pauci fortasse iopes ueri christiani necessitate non uoluntate tibi obediunt. At urbes Italiæ potentissimas non est tuū cogere. Validiores sunt q̄ tuis queant exercitibus superari. Nostiquæ tibi acciderunt: cum Thaurinum inuasisi: quod nostra ætas Belgradum uocat. Pauci cruce signati innumerabiles tuas copias prostrauerūt. Non est de italibus speranda uictoria: cum aduersa fuerit in hungaris pugna. Quo circa ut eo tandē ueniamus: quo nostra festinat oratio, & id dicamus: quod nos scribere cōpulit. Tuāq; gloriam: & tuam salutem tibi deniq; ostendamus. Adhibe his paucis animum: si uis inter christianos propagare tuum impium & nomen tuum quam gloriosū efficere. Non auro: non armis non exercitibus: non classibus opus est. parua res omnium: qui hodie uiuunt: maximum & potentissimum & clarissimum te reddere potest. Quæris: quæ sit: non est inuentu difficilis neq; procul quærenda ubiq; gentium reperitur: idest aquæ pauxillum: quo baptizeris & ad christianorū sacra te conferas: & credas euangelio: hoc si feceris: non erit in orbe princeps: qui te gloria superet: aut æquare potentia ualeat. Nos te græcorū & orientis appellabimus regem: &

TVRCORVM PRINCIPEM

quod malo iure occupas & iniuria tenes: possidebis iure christiani. Te omnes uenerabuntur: & suarum litium faciet iudicem. Oppressi undique ad te ueluti commune patrociniū confugient. ex toto fere orbe ad te prouocabitur. Multi sponte sua sese tibi subiicient. Tribunalia tua sequentur: & tributa præstabunt. Licebit tibi surgentes extinguere tyrānides: iuuare bonos: oppugnare malos. Nec romana ecclesia te arguet recte uadētē. Eadē erit erga te caritas priæ sedis: qua in cæteros reges & tāto maior quāto eris ipse sublimior facile hoc pacto sine armis: sine sanguine multa poteris nascisci regna. Ladislaus Lutuanice princeps Vituldi frater cum aspiraret ad regnū Poloniæ: essetque infidelis: ut uoti sui cōpos fieret: christiāus effectus ē: & regnū obtinuit: cuius nūc filius Cassimarus regnat. Alter filius: qui ēt apud hūgaros regnauit: in bello cōtra genitorē tuū gesto superatus occubuit. Quid reris de te fiet christiāus: initiato sacris? Magnus erit ad te cōcursus: & felicitatis genus existimabitur inter subiectos tuos anumerari. Quippe ut arbitramur: si christiāus fuisses mortuo Ladislao Hungariæ ac Bohemiæ rege: nemo præter te sua regna fuisset adeptus. Sperassent hungari post diutina bellorum mala sub tuo regimine pacem: & illos Bohemi secuti fuissent. Sed cum esses nostræ religiōis hostis: elegerunt Hūgari uiri fortes & fidelissimi religionē potius cum bello retinere: quā ea perditā pacē cōsequi. Quot sunt hodie in Epiro: in Pelopōneso: in Macedonia: in reliqua Græcia: in Dalmatia: in Insulis egæi Carpatii & Ionii maris: qui tuū Imperiū nō alia de causa refugiunt: nisi quia alienus es a christiāo ritu: & in modo ad nos: modo ad alios recurrunt: opemque petunt extrema omnia subituri: priusquam te circumcisum & alienigenā dominum ferant: & nos eos aliquando argento: aliquando frumento: aliquando rebus aliis subleuamus. Quod si Baptizatus esses: & nobiscum ambulares in domo domini cum cōsensu: nec illi tuū Imperiū tanto pere formidarēt: nec nos eis aduersus te ferremus opem: sed tuū potius brachiū in eos impleremus: qui iura ecclesiæ Romanæ nō nunquam usurpant: & cōtra matrē suā cornua erigunt: & sicut nostri antecessores. Stephanus: Hadrianus: Leo aduersus Haisculphū: & Desyderium gētis Lōgobardæ reges: Pipinū & Karolū magnū accersuerunt & liberati de manu tyrānica Impiū a græcis ad ipsos liberatores

AD MAHVME TEM

transtulerunt: ita & nos in ecclesiæ necessitatibus tuo patrocínio
 uteremur: & uicé redderemus accepti beneficii . O quãta esset ha
 bundãtia pacis: q̃ta christianæ plebis exultatio: quanta iubilatio î
 omni terra: redirent augusti tempora: & quæ poetæ uocant aurea
 sæcula renouarent: habitaret pardus cum agno: & uitulus cum le
 one. Gladii uerterentur in falces: î uomeres ac ligones rediret om
 ne ferrum: excolerentur agri: aspera dumis terra mitesceret. Vici
 repararentur & urbes: resurgerent templa deo sacra: quæ ceciderūt
 emergerent collapsa monasteria : & plena uiris religiosis: diuinis
 omnia laudibus personarent. O quanta esset tua gloria : qui pacē
 orbi reddidisses. O quanta tibi redūdaret felicitas: q̃ ad æterni pa
 storis ouile cunctas redegeris oues. O quantū te omnes amarent:
 obseruarent: extollerent: qui cōmunis omniū pacis & salutis fuif
 ses auctor. Dicit aliquis hanc pacem: hanc unionem: hanc commu
 nem læticiam haberi posse sub tua lege: errat qui hoc censet: mul
 tos reges: multos populos uincas oportet: priusq̃ tuam legem ubi
 que dissemines: nec si uincas corpora: uincas animos . Sciunt chri
 stiani suam legem sanctam esse & ueram & salutarem : nec dimo
 ueri ab ea possunt: quanuis aliqui aut libidine ducti: aut auaricia
 tracti: aut uoluptate illecti: aut metu mortis attoniti: aut cruciatu
 supati non nunq̃ circuncidantur: & in tuos ritus concedant: quorū
 si corda posses inspicere: intelligeres neminem esse qui libēter cō
 sultoq; recesserit ab euangelio. Ostendimus supra quantū præcel
 lant christianæ tuas uires: & quantum difficile si tot natiōes chri
 stum colentes euincere. Non est quod pacē speres sub lege Mahu
 metea: in qua nō est salus. Difficultatis experimētū ipse uides: qui
 & si multis christianis hisq; non omnino ueris imperas : minime
 tamen eis tuam legem persuadere potes. minus psuadebit̃ ueris:
 Quæ non in argumentationibus rationū: sed in solo ferro funda
 ta est: ut quæ uincere disputādo non sperat: & uinci formidat. Nō
 sunt christiani: q̃ uel bello supari possint uel disputationibus de
 cipi quādo & armis excellunt: & rationibus munitissimi sunt non
 solū diuinæ scripturæ: sed et Philosophiæ: Impossibile ē sub lege
 Mahumetea unionem fieri: sub christiana facile fieri potest: & id
 magna ex parte in tua uolūtate cōsistit. Tu unus si ānuas . Turci

TVRCORVM PRINCIPEM

omnes annuent. nec Syri aut Aegyptii: aut Arabes: aut Libyes aduersabuntur. Tecum quidquid est intra hellespontum & euphratem. & quidquid possides in europa: conuertetur. Quid faciet baculus Aegyptiorum arundineus: quando christianum te uiderit effectum? Quid imbellis arabs: quid nudus afer: omnibus his Aethyopes iminent. Presbytero Iohanni parentes: qui christianus est: non poterunt & illis & reliquis christianis obsistere: Nil cursum retinere possunt Aethyopes & congregatam aquam dimittere: quae rumpat aggeres: & totam inundet Aegyptum atque submergat: cum Sydus apparet Arcturi: Hispani & Siculi facile Mauritania inuadent & Cathalani cum Genuensibus: scis quantum ualeant occiduae Classes: & quantus est terror uel Tyriis: uel Alexandrinis: uel caeteris orientalibus: quando christianae triremes ad eos nauigant. Tua certe auctoritas & animi magnitudo & in bellis felicitas apud omnes admirationi est: quae Mahumeteam sequuntur legem. Quod si te nobis adiunxeris: breui totus oriens reuertetur ad christum. Vna tantum uoluntas pacare orbem potest: & ea tua est: Si ad baptismi gratiam se conuertat: in te est crudelibus bellis imponere finem: & tantum praestare mortalibus bonum: quantum effari non possumus. Quæret aliquis quomodo quiescet orbis Turcis ad christum conuersis: quando nec ipsi christiani inter se concordantes existunt. & multa per Italia: Germaniam: Galliam: & reliquas prouincias deserviunt bella. Diximus. dissidere inter sese nostrae gentis homines: non negamus: & pluribus in locis ferro contendit. Diuino olim consilio sub Octauiano propter reuerentiam saluatoris: qui tunc secundum carnem natus est: ea pax in in orbe fuit: quae nec antea: nec postea uisa est. Difficile est & propemodum impossibile quiescere in terris omnia: ubi homines sunt affectibus subiecti reprobis. Illum ambitio exagitat. hunc cupiditas trahit. libido alium impellit. multa est inter mortales belli materia. sed non sunt tam atrocia inter christianos praelia quam inter turcos & christianos. Christianus cum christiano de agri possessione: de regno: de Imperio: de gloria contendit. cum Turco de religione: de libertate: de uita. Inter christianos: qui bello uincuntur: positae armis: nec uita: nec libertas amittitur: & multis etiam patrimonia dimittuntur. Principes imperio priuantur. Inferiores dominum mutant. reliqua tenent. In praeliis quae geruntur:

AD MAHVME TEM

aut cum Turcis: aut cum Sarrhacenis: qui succumbūt: si uitam nō
 amittunt: in seruitutem rediguntur: & multi etiam religioni renū
 ciare coguntur. Hæc acerbissima sunt & immāissima bella. Quæ
 si tollantur quod in te situm esse monstrauius: pax maxima exo
 ritur & uniuersalis quies: nam reliqua bella huic cōparata faciē
 quodammodo pacis habent & otii: nec illa tam multa erunt: quā
 do unus adsit: qui solo nutu compescere possit iniurias: qualem te
 futurum non ambigimus: si cū tua potētia, Christianus efficiaris.
 Vides ne quantum tibi laudis affert baptismi lauacrum? quantū
 cum christo sublimis & conspicuus redderis? Quis phibet aquā?
 Quid metuis? Voces fortasse aulicorū times tuorū: quorum nō du
 bitamus dicturos tibi aliquos. quid cogitas? Quid agis? quorsum
 te tua uoluntas trahit? Vis baptizari? Vis christianus fieri? Ne
 scis quod piculum adis? omnes te turci deserent, & ubi existimas
 fieri magnus, fies nullus, ex turcis natus turcos deseres, inter tur
 cos creuisti, turcorum te manus extulit turci Asiam & Græciam
 gubernant. Turci exercitibus præfunt: qui si uel minimam famā
 tuæ mutationis acceperint: euestigio sumptis armis: te delecto
 Imperatorem alium sufficient, tu nudus & exul si euaseris: apud
 christianos mendicabis panem. Nam quis Turcus est: quem suæ
 religionis pœniteat? Moriemur omnes: priusq̃ nostri prophetæ iu
 gum excutiamus. Non sunt parua: quæ isti obiiciunt, adhibēda ē
 & huic parti medela: quam nemo teipso melius inuenerit. Nosti
 tuos homines: & quibus prouincias cōmiseris: non ignoras. Quā
 ta sit cuiusq; fides: & quis animus: non te latet, non fit sine pericu
 lo magnum facinus & memorabile. Vilia sunt: quæ paruo emunt
 diligentia hic & labore opus est, peruestiganda sunt amicorum cō
 filia, noscenda subditorum ingenia, & his utēdum est: quos fidos
 & prudentes uideris. Seruiunt tibi non pauci ex christianis nati:
 qui quanuis circuncisi sunt: non tam en christianū nomen oderūt,
 his exercitus: his præfecturas credere potes: qui tui sint amantissi
 mi & ita regnum ordinare: ut quādo uelis: præsto sint oīa. Tui sub
 diti magna ex parte græci sunt: & armeni: ut diximus: & Iacobitæ
 qui & si aliquid erroris habent: christiano tamen noīe censent nec
 aliud magis cupiunt q̃ te similem eis esse, & illum deum colere:

TVRCORVM PRINCIPEM

quem colunt ipsi. sperarent meliori se loco futuros: qui nunc mancipia quilibetissima sunt. tributa exoluunt grauiā. iniuriis afficiuntur quotidianis. ad bellum ducuntur inuiti & inermes. cedibus exponunt. priuantur liberis & uxoribus. miserrima res est: posteaque filios educarunt: eos perdunt. rapiunt. in palatium pueri circumcidunt. & Mahumeteis ritibus imbuunt. Vident infelices parētes se non modo corpora liberorum: uerum animas et ire perditum: & angustiati inter tot calamitates plorare non possunt: maiora mala timētes. Nemo horum te diligit. neque natura fert: ut eos amemus: a quibus patimur mala. Quod si te christianum cernerent: misericorditer in modum diligerent: felicitatem tuam cupent: & in omnibus studiis tuam gloriam quaererent: & filios suos & seipsum quolibetissime tibi donarent. magna est horum multitudo: & pro sua religione constantia. Quod si prudenter eos tractaueris nihil tibi de rebellionē turcorum uerendum erit: qui medios inter christianos sese uidentes tuae potius uoluntati consentient: fortunas & dignitates seruaturi: quam mortis periculo se subiiciant. Non suademus rem nouam aut insuetam. Tritum est iter quod ostendimus Multi hoc & magni reges ingressi sunt. Apud francos ex gentili & Idolatra christianus effectus est Clodoueus: & simul cum eo regni proceres baptizari non recusarunt. Apud Hungaros Stephanus nostris initiatus sacris: omnem illam gentem christo acquisiuit: Apud Vesogothas: qui longo tempore in Hispania regnauerunt: & usque in haec tempora eiusce gentis sanguis imperat: Ricardus Lemugildi filius suadente Leandro Ispalensi episcopo: Arrianam renunciauit haeresi: & cum omni gente sua catholicam fidem complexus est. apud longobardos. Agilulphus suasu coniugis Theudelindae: reliquit idola: & cum omni populo christianam sese legi subiecit. Apud Hiberos: qui sunt in Asia: imperante Constantino maiore: Rex gentis cum coniuge & omni nobilitate atque plebe ad praedicationem unius captiuae mulieris: relicta idolorum isania baptizatus est. Sed quid moramur: & non exemplum illud adducimus: quod est omnium maximum. Constantinus ipse imperator ac Monarcha uiam aperuit: quam tu & tui similes ingredi absque ulla cunctatione poteris. Omnes: qui eum praecesserunt Imperatores excepto Philippo gentiles fuere: Iouem: Mercurium: Apollinem: Hercule & alia quae sunt

AD MAHVMETEM

mōstruosa nomina tanq̄ deos celebrant. Senatui & omni Romano populo stulticia Christus erat. proponebantur passim edicta: quæ christianos compræhendi iubebant: & nisi sacrificarent idolis crudelibus modis interfici. Nihil uilius erat nomine christiano. Infame genus & maleficum habebatur omnium qui Christo crederet sub Nerone: sub Domitiano: sub Diocetiano crudelissima in christianos defæuit persecutio. At Constantinus acceptis Imperii fascibus: posteaq̄ persuasus est a Siluestro prædecessore nostro in simulacris daemona coli: & unum tantum deum esse cum patre & spiritu sancto Christum Iesum: & in euangelica tantūmodo lege salutem inueniri: non est cunctatus Christi fidem amplecti. non dixit Senatus mihi aduersus erit. resistet populus. copiarq̄ duces alienabuntur: imperio deuiar: sed alto aīo iactans in deo spem suam legem edidit: qua publice Christum coli iussit: & eam fidem teneri ab omnibus Imperio subiectis quā beati apostoli Petrus & Paulus Romanis tradidissent. nec propterea sinistri aliqd sibi accidit. Sed tunc potissimum excellens & gloriosus euasit: cum in uexillis suis Crux domini Iesu apposita resplenduit. Viderat per quietem in aere signum: & uocem audierat dicentē in hoc Constantine uincede. paruit. uexilla crucis erexit. ciuilibus bellis finem imposuit. superauit hostes. barbaros afflixit. impium ampliauit: pacē subditis dedit. ecclesias aperuit. concilia sacerdotum celebrauit hæreses eliminauit. Lucem quam acceperat ab euangelio: cunctis gentibus cōmunicauit. magnificus & excelsus sup̄ omnes cæsares inuētus. græcis & latinis litteris celebratus: imperauit annos supra triginta. Sedem Imp̄ii apud Bizantium erexit: & ampliatis ciuitatis mœnibus: cum publicis: tum priuatis ædificiis magnifice constructis de suo nomine Constantinopolim appellauit: & plenus dierū apud Nicemediam edito testamento: in quo filios Imperii successores reliquit: ut christianum decet: sacramentis ecclesiæ receptis: e uita decessit: Quid erat: quod ille amplius in terra posset optare? Imperio potitus est omnium maximo: uita ei & longa fuit & paucis obnoxia morbis. inimicos humiliatos uidit. & q̄d hoibus dulcissimum esse solet: hæredes amplissimæ fortunæ filios dimisit. Nec alienum fuit tantum Imp̄atorem: qui christianam fidem tantopere

TVRCORVM PRINCIPEM

ampliauerit: in alio sæculo cum Christo regnātem credere: cui seruiuit in hoc: dū uiueret. Quod si omnibus qui patriam auxerint: iuuerint: defenderint: certum est esse in cælo definitum locum: in quo beati æuo sempiterno fruuntur: sicut philosophi doctissimi tradiderunt. multo id certius de illis sperandum est qui pro lege domini uel seruanda uel augenda summis studiis cōtenderunt: sicut de Constantino ostensum est: quē sicut in terra felicem fuisse didicimus: ita & in cælo beatum credimus. eadē proculdubio euentura tibi esse confidimus: si nobiscum sapiens Christum colas: & magnum Cōstātinum imiteris. Quemadmodū Romani cum suo Impatore christiani sunt effecti: ita & Turci una tecum baptizabuntur: eritq; tuum regnum super oīa: quæ sunt in orbe: & nomē tuū nulla filebit ætas. Latinæ litteræ: & grecæ: & barbaræ celebrabunt. nemo inter mortales erit: q; de potentia aut gloria præcedat. Magna sunt hæc quæ promittimus. maiora quæ sequuntur. de regno de potentia huius sæculi: de gloria humana sumus locuti. Caduca hæc & incerta sunt & fluxa. oēs morimur. oīa nata occidunt & omnia orta senescunt. Breuis est humanæ prosperitatis cursus. cito regnū deficit. nulla potētia longa est. gloria quoq; clari noīs: quī de maximis rebus diu pseueret: finit̄ tamen aliquando: & in tempore deficit. nihil est inter mortales nō mortale. Conterit oīa tēpus. Esto duret p̄ multa sæcula nomen. Quæ dulcedo post obitū laudis: aut damnatus est hō in altera uita: & nihil ei prodest fama quæ remansit. aut saluatus est: & ea nō eget beatitudine donatus æterna: quæ omni ex pte plenissima est: filios ac nepotes præclara maiorū nomina iuuant. Et nobis quoq; dum uiuimus dulce est talem hæreditatē posse relinquere: quæ sit posteritati solatium. Est id quidem aliquo modo bonum. Sed meliora quæreda sunt & stabilia bona: quæ uero nostra sint: neq; unq̄ nos deserāt. Philosophi quos peripateticos uocauit antiquitas: tria bonorū genera posuerunt: & alia esse animi dixerunt: alia corporis. alia exterua. Stoici eaduntaxat bona existimauerunt quæ animum excolerent hoc facit iusticia: prudentia: moderatio: fortitudo: & quæ sunt aliæ in animo dotes: Egregiam corporis formam: robur: ualitudinem: nobilitatem: clientelas: opes inter bona non acceperunt: quæ neq; sunt in

AD MAHVME TEM

potestate nostra: neq; possessori felicitatem præstant. Sed neq; illæ quatuor uirtutes: quæ principales existimantur: tranquillam homini mentem reddunt: nisi adiuciantur aliæ tres: quas Theologicas appellant: & in animo sitæ sunt Spes: Fides: Caritas. Tristis est: & in anxietate moratur, & corpore & animo agitatur, & nihil boni operatur: qui spe futuræ uitæ priuatus est. Sine fide impossibile est placere deo: qui est ultimum homini bonum & finis: in quem tendimus. Caritas diuino amore feruet. Curiosa est animæ nostræ & proximo consulit: quem iubet lex: ut tanq̃ nos ipsos diligamus. Si ergo animi bona cupimus: & moralibus uirtutibus opus est. & theologicis neq; in his ulla est nobis cum tua lege contentio: alia sunt in quibus discrepamus. Fatebitur tua lex: & uitam æternam in altero sæculo reperiri: & his itineribus ad eam perueniri. Dicit fidem necessariam esse. Verum non eam fidem: quam nos recipimus: amplectatur. laudabit caritatem: sed alia eius officia esse dicet q̃ christianus. Sine spe non posse bene homini esse fatebitur. Sed spei finem longe diuersum a nostro recipiet. Pax erit in hominibus. bellum in rebus. Faceat nunc hæc contentio. & quo modo uera & æterna bona ex fide Christi consequi possis & animæ tuæ consulere: quæ immortalis est: ostendamus. & si enim huius sæculi quæ dicuntur bona: concupiscis: & inter mortales magnus uideri uis: non tamen animæ tuæ oblitum te credimus. nec ex illorum numero censemus: qui cum Epicuro & aliis quibusdam delirantibus philosophis extingui animã simul cum corpore putauerunt. nec rursus te sine deo esse censemus: sicut olim de Callæcis in hispania traditum est: qui nullum colebant deum: & de Pythagora: quæ ferunt dicere solitum esse non liquere sibi an deus aliquis esset. Quæ disputatio adeo ipia iudicata est: ut ab Atheniensibus auctor eius eiectus sit: & libri in quibus ea continebantur exusti. Possidonius scripsit Epicuræ nihil de deo sensisse: sed ea quæ de diis locutus est: inuidiæ depellendæ cã dixisse. Stultorū hæc assertio est: sicut in propheta legimus. Dixit insipiens in corde suo non est deus. Haud eodem te adeo rudem existimamus: ut cælum credas rectore carere: & hanc pulcherrimam mundi machinam casu emeruisse & omnia fieri fortuitu. Sed arbitramur te deum unum confiteri & in eum

TVRCORVM PRINCIP EM

credere: q̄ cælum creauit & terram & oīa quæ sunt in eis : & quæ
 creauit: non negligit: nec te ignorare censemus incorruptibiles eē
 aīas hoīum: & cum e nostris corporibus migrāt: in alias regiones
 transferri: & bonas læta sortiri loca: malas ad suppliciū rapi: quod
 non solum in euāgelio nostro scriptum est & in prophetis: sed tua
 quoq; lex idem docet: quanuis in hoc mundo temporalia: quæ pu
 tantur bona: casu quodam fortuito euenire non recte arbitratur.
 Socrates & Plato & Aristoteles philosophorum principes de mun
 di regimine: de īmortalitate animarum: de deo eadem crediderūt
 quæ christiani: q̄uis aliqua nouæ legis archana: quæ nondum edi
 ta erant: ignorauerunt. Platonis in epistolis hæc uerba leguntur .
 Credendum est autē semper ueteribus sacrisq; sermonibus nobis
 asserentibus animam esse īmortalem: iudicesq; habere: ac pœnas
 dare maximas cum a corpore fuerit separata: quod intelligendum
 est cum male uixerit . Non est hic locus apud te altius examinan
 dus: qui pro tua lege deum esse intelligis: qui omnia uidet: & oīa
 iudicat: & animas corporea mole solutas pro suis operibus in alio
 sæculo uel præmia recepturas : uel supplicia non dubitas . Quæ
 cum ita sint : stultum esse cognoscis terrenis rebus ita aliquem
 inhærere: ut cælestia negligat. & dum corpori studet: animam per
 dat. breue est omne quod uiuimus æuum: etiam si Mathusalem :
 aut Nestoris ānos possimus attingere. Quidquid æternitati com
 paratur: momentaneum est . Quotus hodie reperitur: qui centesi
 mum uideat autunnum ? Quotus qui octogesimum impleat an
 num? Vita hominis: ut inquit propheta: in ipsis septuaginta ānis.
 In potentatibus aliquando ad octoginta protenditur : ulterius la
 bor & dolor. Quotus iterum ex his qui nascuntur: ad perfectam p
 uadit ætatem? q̄ multi moriuntur infantes ? Quot pueros extin
 gunt morbi. paucissimi iuuentutem superant. Angustissima est ui
 ta hominis: & incerta. mille instāt in omnes horas pericula. mille
 mortis facies uitæ nostræ insidiantur. minima res cursum nostrū
 interrūpit. alieno hic arbitrio sumus. uocat nos deus: quando uult
 & ubi uult. & cū minime credimus: tunc citamur. Perēptoria mo
 nitio est: nec licet prouocare aut cōtra niti. parēdū est altissimo do
 mino: & uillicationis ratio reddēda. Sapiunt: q̄ ita uitā instituunt

AD MAHVMETEM

ut uocati alacri animo abeant: & corá iudice: qui nihil ignorat: ípa
 uidi consistant in die illa tremenda & amara ualde: in qua nil am
 plius mereri licet: & omnis spes ac metus ex his: quæ acta sunt: pé
 det: nec supplicare iuuat neque negare. Est igit̃ de aníá curandũ :
 quæ post hanc uitam aliam habet uitã: í qua uel dolet: uel gaudet
 Quid prodest homini: si uniuersũ mundũ lucret̃ : inquit in euan
 gelio dominus: animæ uero suæ detrimentũ patiat̃ : aut quam cõ
 mutationẽ dabit homo p̃ anima sua: hac uiuimus: hac sapimus :
 hac deo similes sumus: hæc melior pars nostri é rebus õnibus pre
 tiosior. Hæc dimisso corpore í alias regiones egredit̃ : Corpus in
 terra iacet: & in puluerẽ cõuertitur: & usque ad ultimũ maximũq;
 iudiciũ sensu carebit. Tunc uero pro meritis quæ illi cum anima
 fuere cõmunia uel ad gloriã: uel ad pœnam resurget . Quid Nino
 prodest late per Asiã impasse: quid Semiramidi eius uxori: quid
 Dionysio: quid Herculi ad Indos usq; penetrasse: quid Idatyriso Scy
 thia atq; Asiae iugũ imposuisse : quid Nabuchodonosoro ad gades
 usq; perrexisse: quid Osiridi dimissa Aegypto per Syriã : & Asiã in
 Thraciam duxisse copias: quid Agamennoni Ilium exussisse: quid
 Cyro Persarũ íperiũ cõstituisse: quid Alexandro magno illud euer
 tisse & usq; ad hipasim in orientem: & ad Iasartem fluuiũ septen
 trionem uersus arma tulisse: quid Annibali Italiã uexasse : quid
 Scipiõibus Karthaginẽ deleuisse: quid Pompeio oriẽtales reges de
 bellasse: quid Iulio Cæsari subacta Gallia Romanũ Imperiũ inua
 sisse: quid hunnorũ regi Athilæ Pãnonia Germaniaq; protrita Aq
 leiam in Italia subuertisse : quid Tãmerlano tot Asiae Syriaeq; ur
 bes incédisse atq; auum tuum prælio superasse: quid genitori tuo
 Amuratho sæpe de græcis: sæpe de hungaris triumphasse: Quid
 cæteris regibus : atq; imperatoribus res magnas & claras gessisse
 prodest: si absque cognitione ueri dei mortui sunt : & nunc eorũ
 animæ apud inferos cruciantur : Laudantur hic : & ardent illic :
 quæ famæ uoluptas in cruciatu esse potest : quæ dulcedo gloriæ
 in doloribus : Dura uox est eorum: qui uel in Thauro l halaridis
 beatitudinem esse dicunt . Non bene cohabitant dolor ac uolup
 tas: nec ullus est in foelicitate mæror . In cælo plena felicitas est :
 apud inferos plena miseria: cum eo uentum est: nihil iuuat gloria

TVRCORVM PRINCIPEM

quæ præcessit & fama sæculi. Studendum igitur est: ut post obitum: quod per omnes se horas infert certus & incertus: a iabus nostris bene consulamus. Præueniendus est piis operibus dies mortis: & omnes actus nostri ita dirigendi: ut deo placeamus. Ipse est enim finis omnium & summum bonum: ad quod aspiramus: & ipsa beatitudo: cuius cupiditas omnibus mortalibus inest. Quærendum est iter ad eam. Id recta fides ostendit & operatio iustitiæ, quia nec iustitia sine fide: nec fides sine iustitia sufficit. Iustus ex fide uiuit: ut scriptum est: & sine fide nemo est acceptus deo. Tua lex: ut aiunt: in sua quæque religione saluari hominem censet: si alioquin iuste castæque uiuat: nisi Mahumetea traditione relicta ad aliam transierit. Dicunt & in tua lege scriptum esse. Est enim sibi ipsi sæpe contraria nulli salutem patere nisi in ea. Nos contra sentimus: & certi sumus uiam uitæ soli christiano: si bene agat: apertam esse. Ait enim ueritas nostra in euangelio. Qui crediderit & baptizatus fuerit: saluabitur. qui non crediderit: condemnabitur. Tu ergo si futurum credis sæculum: si uis fieri saluus: si animæ tuæ bene consultum cupis: ut fidem romanæ ecclesiæ: extra quam non est salus & baptismum: recipias oportet. His duabus clauibus fide ac baptismo aperiuntur paradisi portæ: illis tamen: qui apposite ad fidem uiuunt: nam sine operibus fides mortua est. Euangelio præbendæ sunt aures: & Christi doctrina sequenda: quæ nullum fallit. Dices nolle tuæ legi nostram præponere: aut Mahumetem relinquere prophetam magnū. Rogauimus ab initio: ut benigne audires. idem nunc petimus: & nunc maxime attentis auribus & pia mente opus est & iudicio recto: quando ad radicem arboris infructuosæ admouemus securim. Audi seriem rerum. nosce historiam fidei. præbe aures uero: cui perraro est in altis ædibus locus. Calisthenem philosophum crudelibus modis lacerum in custodiam rapuit Alexander: qui uera loquens: diuinum cultum homini denegauit. & Clytum Philippi laudes commemorantem lancea transfodit. Timent homines exempla: & uidentes melius adulatoribus succedere quæ recta monitionibus: ad nugas se conuertunt: & quæ placeant: loquuntur. Anthigonus aliquando unus ex successoribus Alexandri: qui regnauit in Asia: inter uenandum mutata ueste: relictis comitibus: errabundus apud

AD MAHVMETEM

agrestes hoīes in uili tugurio p̄noctauit incognitus & combibēs de seipso tanq̄ de altero p̄cunctatus astantes oīa quæ fecerat: mala ab eis audiuit: mane quæsitus atq; inuentus cum uestem allatā & regium ornatum uidisset. date inquit purpuram: quā ut primū īdū: uer̄ de me: nisi hac nocte nunq̄ audiui. Et Augustus mortuo Varro: idcirco se supra modum dolere aiebat: quia nō esset: a quo uer̄ audiret. Ad pauperes philosophos relegata est inquisitio ueri qui propterea sapientiæ amatores uocant̄: quia ueritati seruiunt: & nolunt decipi. Turpe est cuiuis homini errare maxime regi: qui si per seipsum non satis intelligit: prope habet magistros: quos in terroget. tantum placeat audire. nec pudeat discere quod ignorat. Tria sunt hoīum genera: ut iquit Hesiodus. Primi & optimi sunt qui per sese oīa noscunt. his proximi qui recta monētibz auscultant. tertii prorsus dānandi sunt: qui neq; ipsi uident: neq; uidentibus credunt. Sed nulla in re periculosius erratur q̄ in his quæ p̄tinent ad fidem: neq; utilius inuenitur uer̄. Recte ad Antipatrum de Alexandro scribit Aristoteles monens ne pro tot exercitibus uictoriisq; & subiugatione orbis terrarū gloriatur: sed cogitet quod si quis de deo recte cognoscat: non minori gloria dignus est q̄ ipse pro tantis rebus gestis tantaq; potētia: & in Ethicis sapientem inquit esse amicissimū deo. Sapiens aut̄ nemo existimandus est: qui a recta fide est alienus. In his uero quæ sunt fidei: neq; tuus legifer satis intellexit. neq; in hanc usq; diem satis didicisti. an uero recta monentē audire & sequi uelis: futurus dies ostendet. Si hæc: quæ ad te scribimus: audieris: signum erit aī ad discēdum parati: si feceris quæ monemus: eris proculdubio sapiens. nemo hō sapientiā contēnit. nemo odit. nemo est: qui nolit esse sapiens. Ver̄ primus sapientiæ gradus est nolle errare: & uer̄ q̄libentissime audire: maxime in his rebus: unde est homini salus sicut est religio: quæ ordinatur ad æternā uitam. Audi ergo uer̄ circa religionē. Si nō scribimus uer̄: argue scribentes. & despice tanq̄ stultos. Sed noli falsum dicere. nisi cognoueris falsum esse. enarrabimus breuissime ab initio mundi usq; ad obitum saluatoris Christi nostræ legis archana. Deinde aliqua de tua lege dicemus ea quæ cōferemus ad inuicem & quantum intersit: ostendemus. Conabimurq; quantū ex

TVRCORVM PRINCIPEM

alto dabitur lucem tibi ostendere: per quam possis ad eam lucem
 peruenire: quæ illuminat omnem hominem uenientē in hunc mū
 dū Cum creasset deus in principio cælū: & terrā: & maria: & lucē:
 & solē: & lunam: & alia sydera: & plantas: & herbas: & uolucres: &
 pisces: & quadrupedum genus: ac reptilia: & alia animantia: postre
 mo Adam creauit: & insufflauit in eum spiraculū uitæ: & posuit
 eum in paradiso deliciarū: & fecit adiutorium simile sibi Euam ex
 costa eius eductam: & data licentia: qua possent cæterarum plāta
 tionum degustare fructus: ut abstinerent a plantatione prudētiae
 imperauit: & ambos cum præuaricati essent: ex paradiso deiecit: at
 que in eis humanum genus morte damnauit: iussitq; laboriosam
 uitam & ærumnis plenā agere. Ab his propagata creatura huma
 na cum rursus animo rebelli diuinam maiestatem contemneret: & ī
 uitia quæque prolaberetur: aquarum diluuiio deleta est. Noe cum
 coniuge & sex aliis animabus in arca saluatus est: & ab his omnes
 homines: qui modo sunt: & post diluuiū fuerunt: originē ducunt.
 Tres filii Noe Sem: Cham: & Iaphet: redeuntibus aquis in locum
 suum: humanam gentem reparauerunt: adeo ut traditū sit: priusq̃
 Noe moreretur quattuormillia hominum ex suis & filiorum lum
 bis exiuisse: ex quibus etiam iniqui emerferunt Nembrotēs filius
 Cham & qui cum eo in contumeliā domini turrim Babel ædifica
 re cœperunt: In ea diuisum est labiū uniuersæ terræ & confusiōe
 impeditū opus. Secuta est ob peccatum pessimū Pētapolitana sub
 uersio & Habraham & loth iuenti religiosi: in semine Habraham
 benedictæ sunt omnes gentes: & circumcisionis pactū cum eo per
 cussum est. Fuit eīm iustus: & placuit deo in operibus suis: cum fi
 lium Isaac diuino imperio imolare non detrectasset. Neque Isaac
 patris uiam deseruit: cui natus est Iacob: qui alio nomine dictus ē
 Israhel: & huic duodecim filii fuerunt: a quibus duodecim tribus
 emanarūt. Is cognito Ioseph: putabat extinctum: magnus & potēs
 esset in ægypto: cum reliquis filiis ad eum migravit. Multiplicatū
 est illic iudæorum semen: & in gētem magnam cū creuissent isra
 helitæ: surrexissetq; rex alius: q̃ Ioseph & opera eius ignoraret: gra
 uissimis laboribus oppressi sunt: & contumeliis innumerabilibus
 affecti. Sed miserante altissimo per manus Moysi & Aaron serui

AD MAHVMETEM

tutem effugerunt: & sicco uestigio rubro mari traiectos p̄ annos quadraginta cybo cælesti uitâ in deserto egerūt: & circa montē Sy nai diuinam legem in tabulis lapideis acceperūt. Acquisita est terra promissionis: sed non tota ī manu Moſei: post obitum eius mirabilia fuerūt opera Iosuæ: & aliorum iudicum: inter quos etiam prophetæ claruerunt uiri excellētissimi. Successerunt deīde reges & alii prophetæ in populo dei & non sine cælesti numine cōseruata est gens hebræa: & prophetæ quidē interpretati legem salubria tradidere præcepta uirtutem extollentes: & uitia effulminantes: & multa per illos scripta sunt diuinitus reuelata: quæ de futuris noticiam præbuere. Non tam ē pauca perpeſsi sunt aduerſa iudæi: cū legē domini contemnerent: & in traditionibus patrum nō permanerent. Cœperunt eos chaldæi: & in seruitutem redegerunt. & nūc Syri: nunc Arabes nūc Agyptii in eos arma uerterunt. Multæ fuerūt eorū tribulationes: multæ calamitates ac miseræ. Sed de omnibus liberauit eos dominus: cum ad eum clamauerunt: & tota mēte redierunt: quia cor contritum & humiliatū non despicit diuina maiestas. hæc: ut arbitramur: communia tibi nobisq; sunt: & ī Alcorano Mahumeteo magna ex parte continentur. Verax igitur & tuo & nostro iudicio lex Iudæorū. uerax Moſes: & Dauid: & Solomon: & Esaias: & Hieremias: & Ezechiel: & Daniel. ueraces omnes p̄phete domini. uera iudæorū fides: q̄ ante christū ī lege manserūt. Mendaces omnes gētes: quæ coluerunt idola. Notus ante christū suū in iudæa deus. Nihil hucusq; contendimus. concedis hæc: nisi fallimur: omnia. In his: quæ sequuntur: discordia erit. Sed nos ī luce ambulamus: neq; offendimus ad lapidē pedes nostros: & ne de cætero tu quoque offendas magnopere cupimus: & ultro ne decipiaris. Lumen offerimus. Tu creatura dei es & ouis eius: sed errabunda extra caulas ī alienis pascuis procul ab ouili dominico lætiferum capis cybum: & pestifera aleris herba. Nos bōi pastoris exēplo qui relictis nonaginta nouē ouibus in deserto: unam: quæ aberrauerat: sequutus ē. Te quærimus: & in uiam salutis optamus reducere. Dolemus te uirum excellentē: nobilitate illustrem: gestarū rerum gloria clarū: Impio magno præditum: & pluribus naturæ dotibus eminentē non incedere in uis domini. nō noscere mādata

TVRCORVM PRINCIPEM

eius. non esse in lege sua. compatimur tibi : & tuorū subditorū deploramus infelicitatem: qui tecum pereunt. nec te credimus libenter errare: cuius naturam bonam esse confidimus. Ignorantia ueritate retinet. Tui te parētes & ipsi p̄ ignorantiam decepti: cū progenitoribus laboris. Sed timēda est scriptura: quæ ait: Ignorans ignorabitur. Quod si cæteris rebus præcipuā curam: exactam diligentiam: summum studium adhibes : ne quis te fallat circa religionē. Potissime curandum est: ne fallaris: in qua tanto cautiorem te esse oportet: quanto ī ea cum maiori periculo delinquitur cæterarum rerum ignorātia: hæc: quæ sunt temporalia: in hoc sæculo adimere potest. Religionis error alterius uitæ bona id est animæ felicitatē eripit. Quod ne tibi accidet: si nobis aurem & fidem præstiteris: facile adiuuēto erimus. Audiuiti ea: quæ de ueteri testamento diximus: Nunc de nouo agendum est: in quo plurimū discordamus. Audi: quæ subiungimus: sic & tuæ legis tenebras odio habebis: ut speramus: & nostræ lucem amabis. Duo in ueteri testamento uaticinia reperiuntur: quorum alterum illud est. Quia non auferetur sceptrum de Iuda: neque dux de femore eius: donec ueniat: qui mittendus est: Siue ut chaldæi dicunt messias. Alterum est quod ait: Cum uenerit sanctus sanctorū cessabit unctio uestra. His uaticiniis prædictum est in aduētū christi Iudæos regnum amissuros esse: & sacerdotium sicut & factum est. Regnum quod iudæorū fuerat: Idumei acceperunt. Regnante nanque primo Herode Antipatri filio genere Idumeo & alienigena Christus ex Maria uirgine dei filius natus est uerus deus & uerus homo: qui sacerdotium Iudæorū ad christiāos transtulit Petro sibi successore delecto: in quē Pōtificis maximi potestatem transfudit. neq; ulterius apud Iudæos pastoralis ouium cura permansit dicente domino ad petrū: Pasce oues meas Pastor ipse bonus: & pontifex maximus christus pastores deinceps & pontifices christiāos esse nō iudæos cōstituit: quāuis Petrus & alii plures ex Iudæis non amplius Iudæi summum pontificium acceperunt: atq; in hunc modum cessauit Iudaica unctio: & translatum est sacerdotium: quo facto & ipsa lex translata est dicēte apostolo. Quia translato sacerdotio necesse est: ut etiam legis trāslatio fiat. Deus igitur: qui multifariam multisq; modis

olim patribus in prophetis locutus fuerat. Nouissime per filium suum : quem cōstituit hæredem uniuersorum : per quem fecit & sæcula: allocutus homines nouam legem edidit & noua dedit præcepta: quibus seruatis uitã meretur æternã. In tẽpore igitur quod in altissimo trinitatis consilio æterno fuerat definitũ : Regnante apud hebræos Herode: apud Romanos Augusto quiescẽte mũdo & aduentum domini mirabili & inaudita prioribus sæculis pace honorante: Missus est Gabriel angelus de cælo: qui Mariæ felicẽ conceptionem & sacratissimum partũ annunciaret . Sed ante præcursor natus est Iohannes: qui pœnitentiam prædicaret : & uiam domino præpararet. Conceptit uirgo de spiritu sancto : ut prædixerat ågelus: & seruata dignitate uirginitatis filiũ simul & dominũ peperit. Natus est christus saluator octauo Kalendas Ianuarias: & in ipsis Kalẽdis circumcisus est iuxta uocẽ angelicam. Iesus appellatus: quia salutẽ attulit humano generi . Plurima de infantia saluatoris scripta sunt: nec dubiũ est: quin omnis eius signis ætas & miraculis plena fuerit. Sed ecclesiæ nostræ grauitas & acre iudicium ea tantum recepit. quæ certa sunt. Apocrypha prætermittit. Duodecimus saluatoris ånus memoriã habet: quia templum igressus cũ legis doctoribus disputauit: & aliqua ex parte splendorem suæ diuinitatis ostendit . Sed circa trigelimum annum fulgor ille plenius emicuit. Tunc enim baptizatus est a Iohanne: & ipse Iohannẽ baptizauit: & paterna uox audita est. hic ẽ filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Conuertit aquam in uinum: & innumerabilib? corruscauit miraculis. Elegit sibi discipulos suos: quos uocamus apostolos: & circuens regiones & mẽtes hominum sanauit & corpora ægrotantium: & faciens ipse quæ docebat: toto trienio prædicauit euangeliũ per Iudæam & uicinas prouicias. beatissima uox eius intonuit: quæ uita hominum esse deberet. ostendit & præcepta: tum uetera innouauit: tum noua prioribus utiliora instituit. Abdita & obscura: quæ erant in ueteri lege: multa reuelauit : & abstrusos prophetarum apuit sensus: & quæ de se prædicta fuerant: palã exposuit. Mysteriũ sanctæ trinitatis ostẽdit: & unitatem i trinitate mōstrauit: docēs tum patrẽ: tũ filiũ: tum spiritũ sanctũ diuinis honoribus prosequẽdũ: & hos tres unũ esse deum prædixit

TVRCORVM PRINCIPEM

non modo mortem suam: uerum etiam genus mortis & quod ter-
 tia die resurgeret: & quod ascensurus in cælum, rediturus esset in
 fine mundi iudicare uiuos & mortuos. Compræhensus est & tradi-
 tus Pilato sicut ipse uoluit: qui eum neci daret. Testes in eum cita-
 ti sunt: nec est inuenta mortis causa: quia peccatum non fecit: nec
 est dolus in ore eius repertus. Maximū crimen obiecerunt: quia fi-
 lium dei se fecit: & regem se dixit: & propter ueritatem occisus est
 Crucifixus atque sepultus: & iuxta uerbū suū resurrexit a mortu-
 is: & quadraginta diebus cum discipulis commoratus: cum eos cō-
 firmasset & corroborasset: atq; in orbem ire iussisset euangelium
 disseminaturos. Tandem euidentibus illis eleuatus est: & nubes
 suscepit eum ab oculis eorum: ascendit in cælum: & sedet ad dexte-
 rā patris: & inde uenturus ē iudicare uiuos & mortuos: et redditu-
 rus unicuique secūdum opera sua. Interea spiritus sanctus ab eo
 missus omnia suggerit ecclesiæ: quæ necessaria sunt ad uitā æter-
 nam. Hæc nos christiani firmiter credimus, hæc est fides nostra:
 quā cunctis gētibus prædicamus: & imptiri omnibus cupiū. hæc
 ab apostolis & eorum successoribus per fideles manus immutilata
 & incorrupta ad nos usq; delata sunt. Hæc uos Turci & sarrhaceni
 magna ex parte negatis. Et si enī christum ex uirgine natū: & san-
 ctum uirum: & dei filiū: & prophetā magnum: & mirabilium ope-
 rum effectorem: & adhuc uiuentem confitemini: deum tamen &
 dei filium esse inficiamini: nec sibi: nec sancto spiritui diuinitatem
 conceditis: & trinitatem personarum in diuinis respuitis: & christi
 mortem deridetis: quem translatum: & alium sibi similem loco
 sui interfectum arbitramini: nec eius aduētum ī extremo iudicio
 expectatis: & alia nō pauca christianæ legis reicitis: & plurima cre-
 ditis: quæ apud nos risu digna uidētur: & quæ nō dimittēus inta-
 cta. atq; nos quæ credimus: non solum ex noua lege: sed ex ueteri
 mutuamur. Vos Mahumeti & Alchorano eius fidem tantummo-
 do adhibetis: & hominem mortuum sine conteste: sine miraculis
 seqmini. Nos uiuo credimus. Viuit etiā uestro testimonio ch-
 istus. Nos deo præstamus aures: & signis: & ratiōibus: & sacris ducimur
 testimoniis. Quod si nos audies: monstrabimus breuiter nostræ le-
 gis splēdidā lucē & tuæ obscurā caliginē detegemus. Sed opus est

piis et attētis auribus:quādo fidei sublimitas attīgitur: et magni
 dei panduntur archana . Sæpe iocis et inanibus fabulis te præsen
 tem exhibuisti:et leuiore audisti narrationes. Non ē:cur hæc gra
 uia cōtēnas:aut ea nosce recuses:ex quibus tua pendet salus. Nō
 est anima nobilis:cui nō sit ueritatis amor.Non est homo:q̄ nolit
 saluus fieri. Audi ergo:q̄ generosus es.audi quæ te saluare possūt
 Quid ē inter christianos turcosq; controuersia: in quo simul con
 tendimus: quæ dissidii causa? sane non alius discordiæ fomes est:
 nisi quia diuinitate non eadem sapimus. De patre:de filio:de spi
 ritu sancto cōtendimus.Hoc est præcipuum dissidium:quo subla
 to facile omnia componētur . Attingemus:quæ sit inter nos de di
 uinitate dissensio:latius exponemus.Nos in deo tres dicimus esse
 personas:patrem:filium: et spiritum sanctum. Vos unam tantum
 quam nec patrem: nec filium dicitis nec spiritum sanctum . Sed
 deum tantummodo appellatis:& hūc unicum esse dicitis creatorē
 cæli & terre & omnium:quæ in eis sunt. Nulla est de unitate con
 tentio.non latent nos uerba Mosei dicentis in exordio legis:Audi
 Israhel dominus deus tuus est. Et rursus ego sum dominus deus
 tuus:qui eduxi te de terra ægypti.non erunt tibi dii alieni præter
 me.Et rursus ego sum:qui sum:& si quæsierint nomen: meū ua
 de:& dic eis . Qui est:misit me ad uos.& in cantico Exodi dicitur.
 Dominus ōnipotens nomē eius quæ testimonia unum esse deum
 & unum dominum manifeste declarant:& unam potestatē: & unā
 naturam.Nam deus naturæ dominus potestatis est nomen. Fate
 mur idem:quod uos de unitate diuinitatis.hic amicicia est atq; cō
 cordia.uobis unus deus est:& nobis unus. Dicitis principiū omniū
 rerum esse deum.Nos idē affirmamus.In quo igitur dissentimus
 Multa sunt:quæ de deo aliter christiāi dicūt:aliter Sarrhaceni leu
 Turci.uos deum corporeum dicitis:nos incorporeum . uos fortui
 ta esse quæ hic ī terra geruntur arbitramini nec de his curare de
 um:Nos gubernare eū:qui creauit oīa non dubitamus.uos deum
 patrem ī diuinitate negatis:Nos patrem & filium recognoscimus
 uos spiritum sanctū ex diuina maiestate reicitis . nos ponimus &
 ueneramur.Mittimus alia.hæc aggredimur: in quibus plus pon
 deris ē.Nos christū dei filium dicimus.uos negatis. Cur negatis?

TVRCORVM PRINCIPEM

Sane quia nec uxore habet deus: ex qua filium procreare posset. Quod si fuerit uxor ei: filiosque genuerit: mundus: qui unius imperio regitur: in plures diuisus dominos diu stare non posset. In unitate concordia est: quae seruat imperia. In pluralitate discordia quae maxima regna subuertit. Sed quis tam rudis: tam uecors: tam demens christianus est: qui generare deum ex concubio & permissione foeminae arbitretur? Non sumus adeo hebetes christiani: ut tantum nefas admittamus. Sarrhacenis hoc suaderi posset: qui deo corpus manus & caput & caetera membra concedunt. Nos deum spiritum esse asserimus incorporeum: immortalis: aeternum: & incomprehensibile: quod deum seipsum intelligit in mente sua: uerbum concipit: quod nos filium dei esse dicimus: nec aliud est in deo seipsum noscere atque intelligere quam deum esse. Nihil est enim in deo non deum: deum autem: cuius est uerbum: nominamus patrem: & processum ipsius uerbi generatione filii dicimus. nec ueritas haec de uerbo dei apud christianos tantum illuxit. gentiles philosophi ante christi aduentum: eadem quae nos asserimus: non nulli affirmauerunt. Si quidem platonici in suis libris aptissime dixerunt: Quod in principio erat uerbum: et uerbum erat apud deum: et deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum: omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Et reliqua omnia ferme comprobant de uerbo dei: quae Iohannes in euangelio tradidit usque ad incarnationem uerbi: quam ignorarunt: quod nondum natus erat Christus: & alta legis mysteria absconderat deus a sapientibus huius saeculi: quae reuelauit paruulis. Quod igitur platonici uerbum dei nominant: & deum esse dicunt: Nos filium uocamus ex deo genitum: & deum esse fatemur: nec ruinam mundi ex filii generatione timeamus. quando unus duntaxat filius est. & pater & filius unum sunt: una potestas: una uoluntas: una maiestas. nec uerbum conceptum ab intellectu concipiente discordia. Obscura haec uidebuntur. at si uoles: praesto erunt: qui lumen afferant: & aptissima omnia reddant. Et tu solum hunc corporeum cernis: quod noctem abiens & diem efficit reducens: hic ex seipso lucis producit radios. Haec productio generatio quaedam est in sole & radii solis: filii solis non incoinne uocantur: quae similitudo quae multifariam incepta est. Nam solis saepe plures uideus radios. Deo unicus tantum est filius. in eo tamen conuenit: quia una est & solis &

AD MAHVMETEM

radiorū substātia. & una ē patris & filii diuinitas atq; essētia: quā
 compatio corporaliū rerū nulla satis cum diuinis quadrare potest.
 Sed accipe testimonia: & qui rationem nō capis: cede auctoritati.
 Vetus testamētū & Iudæis: & christianis: & Sarrhacenis cōmune
 est. Eruptauit: inquit Dauid: ex persona dei cor meum uerbum bo
 num: hoc est: quod dei filium dicimus & unigenitū patris æterni
 non ex carnali coniugio: aut ex carnali & humano complexu: sed ex
 corde dei. i. intellectu productum asserimus. Et rursus filius meus
 es tu: & ego hodie genui te: hodie dicit: quia deo nec heri præteriit
 nec cras imminet: sed hodie semp̄ adest: cui præsentia sunt oīa. Et
 iteꝝ ante luciferum: inquit: genui te. Vt intelligas quia non loq̄
 de Solomone dauid: sed deus pater de filio deo: qui ante Luciferū
 ab æterno genitus est. hō ante Luciferū nemo fuit: & in libro sapiē
 tiæ legimus sapientiam dei quæ dei filius est: dicentem: Nondum
 erant abyssi: & ego iam concepta eram: ante montes & colles ego
 parturiebar. Nunquid enim pater sine filio fuit: & ab æterno fuit
 cum patre filius. Et hoc est quod in euangelio inquit Iohānes: In
 principio erat uerbum: & uerbū erat apud deum: & deus erat uer
 bum. Quæ mysteria profunda & alta cum non intelligeret Arrius
 nec Mahumetes compræhenderet: negare maluit dei ueritatem quā
 ignorantiam suam confiteri: & suas ineptias imprudenter ingere
 re quā aliorum sapientiam humiliter discere. Stulta hæc & damnoſa
 pertinacia est. Deo enim & prophetis eius oportet credere: & si qd
 est: cuius rōem nō capimus: debemus cū Paulo dicere: O altitudo
 diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei quæ incōpræhēsibilia sunt iudicia
 eius: & inuestigabiles uia eius. Fatent̄ iuriscōsulti nō oīum quæ a
 maioribus suis instituta sūt rōem reddi posse: & tamē legi p̄dū eē
 quæ nō sine cā cōdita fuerit: quōtō mīus archana dei licet cognoscere
 Fluminæ sūt occultæ causæ: ad quas nulla potuit curiositas homi
 nū p̄uēire sicut oculi noctuæ ad solem: & ita nostri intuitus ad ea
 quæ sunt diuinitatis. Non est ergo mirandū si neq; generationē
 filii: neque spiritus sancti processionē: neque trinitatem ī diuinita
 te intellexit carnalis homo: uel Arrius: uel Mahumetes: sed illud
 ī eis dānabile ac detestabile fuerit: quod sacræ scripturæ diuinisq;
 testimoniis nō acquerūt. Nā quod opus est argumētis: ubi deus ipse

TVRCORVM PRINCIPEM

loquitur. De Pythagoreis traditum é: quod in disputádo soliti erát dicere ipse autem erat Pythagoras tanquam eius auctoritati non liceret aduersari quáto minus deo: q̄ uerax é & omnis homo mendax. Sed negabis hæc esse dei: quæ afferimus testimonia. De his posteriús differemus. Nunc de spiritu sancto agendum est: cui lex tua diuinos honores abrogat. Non est huius erroris Mahumetes inuentor Arrii & Nestorii & Meedonii. hæc olim dementia fuit: quos sacra patrum concilia damnauerunt. Sed eorum uirus apud ægyptios & Arabes aliquandiu latuit: & postremo auctore Mahumete & magistro eius Sergiolate diffusum est: ne mouearis: dum uera loquimur, caue ne sequaris cæcos. Disce spiritum sanctum deum esse & tertiam ferre in trinitate personam. Diximus paulo ante Deum patrem: dum seipsum cognoscit uerbum concipere: & id esse filium gignere. Nunc quod sequitur: adducimus cognitioni esse annexam appetitiuam operationem quandam: cuius principium uoluntas est. Inter operationes uero: quas uoluntas producit: præcipua est amare. Adhibe hic aures: & mentem erige in deo perfectã & absolutã fateri cognitionem oportet: & amoré pari mō cuius processus p̄ appetitiuã opationem exprimit̄ sicut & uerbi generatio p̄ intellectū: & alia est operatio quæ intelligit: alia qua appetit intellectiua: ex his completur: quæ sunt quodam modo in ipso intelligente. Nam sicut sensibilia in sensu: ita intelligibilia in intellectu dicimus esse. Appetitiua autem complemētum accepit secundum quédam ordinem uel motum ad eas res: quæ obuiuntur appetitui: & occultum quoddam principium sui motus habet. Ea uero: quæ principio feruntur archano: spiritus nomen acceperūt. Nā & uentos spiritus dicimus & i scripturis pcellarū spiritus appellantur. Quod non apparet efflationis initiū. Respirationem etiã & artheriam motum ab intrinseco & occulto principio manētem uocamus spiritum. Atq; hoc modo congruēti quadã multitudine quantū diuina humanis uerbis iudicari possūt. Diuinus ipse amor a patre filioq; p̄cedēs spiritus dictus é. In nobis duplici ex causa p̄cedit amor: aliq̄do ex corporea & materiali natura: & is plærūq; imūdus é: & mēti noxius aliquādo ex ipsa p̄prietate spiritua-
lis naturæ. Cū bona itelligibilia & rationi cōueniētia adamamus:

AD MAHVMETEM

& hic purus est amor & laudabilis & animæ salutaris. Ideo corporis amor & laudis & animæ salutis. In deo corporalis amor: seu materialis locum nō habet: sed ille tantum reperitur: qui simplex & nitidissimus & purissimus: quem spiritum sanctū appellamus. Nec nos intellectuali & sancto amore quicquam prosequimur: nisi quod intellectu concipimus. Conceptio autem: ut diximus: quæ fit ab intellectu: uerbum est: atq; necesse est amorem ex uerbo oriri. Amat enim deus quod de seipso intelligit. i. uerbum quod concipit intelligendo. Verbum autē dei dicimus filium dei: qui & ipse patrem nouit & amat: atq; ita fit ut amor ipse: cui spiritus sanctus est nomen: ex patre filioq; procedat: sitq; cum patre & filio pariter deus. Nam sicut diuinum intelligere essentiæ diuinitatis est: ita & amare. & sicut deus se semp̄ intelligit: ita se semper amat: & oīa amat dum suam bonitatem amat. Rursusq; sicut dei filius qui est uerbum dei in natura diuina subsistens: patri coæternus est perfectus. Unus est deus: & ita spiritus sanctus deus ē patri & filio coequalis & æternus. Et quoniam omnem quod subsistit in natura intelligibili apud nos persona dicitur: apud græcos hypostasis: cōsequens est ut tres personas in diuinitate ponamus: quia tres sunt subsistentes. Pater & uerbum & spiritus sanctus. Neq; has tres personas dicimus esse per essentiā diuersas: sed per solas relationes distinctas: quæ ex processione uerbi & amoris proueniunt: atq; in hunc modum christiana religio diuinitus illustrata distinctas tres personas confitetur in diuinis. nō tres deos: sicut Mahumetes falso opinatus est: sed patrem & filium & spiritū sanctum. Vnū esse ab æterno deū asserimus: nec tamen ipsum patrē: qui filius est: nec filium q̄ pater est: nec spiritū sanctū: qui pater est aut filius. Vna ē enim patris & filii & spiritus sancti essentiā: in qua nō est aliud pater: aliud filius: aliud spiritus sanctus quā in p̄sonis: alium patrē: alium filium: alium spiritū sanctū diuina docente auctoritate dicimus. Nec similitudo in his: quæ creata sunt: summæ deest in trinitatis inuisibilia dei. Apostolus ait p̄ ea quæ facta sunt: intellecta cōspiciunt̄ sempiterna quoq; uirtus eius ac diuinitas. Relucet q̄ppe in aīa nostra diuinæ trinitatis imago. Est. n. aīa ipsa substantia quædā incorporea rōne prædita: & actus quædā siue forma organici

TVRCORVM PRINCIPLE M

corporis quæ dum corpus mouet et regit: sui meminit: se intelligit: & se diligit. Quibus in rebus quædã apparet memoriæ: intelligentiæ & amoris. Tria hæc ad seipsa referunt: quia nõ est amor sine memoria: nec memoria sine noticia. Nam quis meminit: aut amat quod nescit. inseparabilia sunt hæc a semetipsis: & tamen quodlibet eorũ & simul oĩa una essentia sunt: & una uita i anima una. Differunt tamen: quia memoria non est intelligentia uel uoluntas, nec intelligentia uoluntas siue amor. Quod si hæc diligenter inspicias: iuenies summæ illius trinitatis atq; unitatis uestigium & quandam imaginem quanuis imparem. Quicumq; enim sempiternam & incõmutabilem naturam p memoriam reminiscit: itue tur p intelligentiam, amplectit per dilectionẽ. profecto reperit in se ipso summæ trinitatis imaginẽ non tamen nõ similẽ: sed qualem cũq; ita: ut similitudine magna inueniat dissimilitudo: & si unus homo meminit: intelligit & diligit, nõ tamen memoria est nec intelligentia: nec dilectio. Sed sunt hæc in eo & in una substãtia: nõ sunt accidentia in subiectis: quæ possunt abesse: sed substãtialiter existunt in aĩa & unus hõ est: qui habet hæc tria. Non ipse ẽ hæc tria. In simplici uero natura: quæ deus est: quis unus sit deus: tres tamen personæ sunt: ut dictum est. & ipse deus est illæ tres personæ. Sed illud satis ad rem nostram est: quia tria hæc aliquo modo unũ sunt. Reperit & sub aliis noĩbus & alio mō in natura nostra illius summæ & ineffabilis trinitatis imago. Nã mens & noticia eius & amor tria quædã sunt: mens enim nouit se & amat se: nec amare se pōt: nisi etiam nouerit se. Duo quædã sunt mens & noticia eius. duo etiam sunt mens & amor eius cũ se nouerit mens & se amat. Manet trinitas scilicet mens amor & noticia. & hæc tria quanuis distincta inuicem sint: unum tamen esse dicuntur: quia in aĩo substãtialiter existunt: & est ipsa mens quasi parens & noticia eius quasi proles eius, mēs enim cum se cognoscit: noticiam sui gignit: & est sola parens suæ noticiæ. Tertius est amor: qui de sua mente & noticia procedit: dum mens cognoscēs se diligit. Nõ enim posset se diligere: nisi se cognosceret. Amat ẽt placitam prolem noticiam suã: & ita amor qdam cõplexus est: parētis & prolis: nec minor est proles parente: cum tantã se nouerit mens q̃ta est:

AD MAHVME TEM

nec minor est amor parente & prole id est mente & noticia: cum tantum se diligit mens quātum se nouit: & quanta est. Considerat hæc rationalis hō: & uidens tria in una essentia concurrere extendit se ad contēplationem creatoris: & intelligit unitatē in trinitate: & trinitatē in unitate: & unum deum colit: unam esse essentiam. Vnum principium sicut & patriarchæ & prophetæ atq; apostoli tradiderunt. Sed audiamus iam tandē ipsos: & diuinæ legis ueritatē & testimonia in medium afferamus: sine quibus uana est argumentatio. Deum patrem oēs sacræ scripturæ confitentur: & dei nomen patronitatem ad oīa refert. Et si filium dicimus: non possumus patrem negare. De filio adducta sunt testimonia legis: ergo & pater ostēsus est. Sicut saluator ait: Philippe qui uidet me uidet & patrem meum. Nunc de spiritu sancto quod cepimus: prosequendum est. In Genesi legimus quia spiritus domini ferebat̃ super aquas: Quis tunc dominus nisi deus fuit? & cuius spiritus nisi de? & quo mō dei spiritus nisi deus? Deus est quidquid dei ē: nec aliud illi admistum est: in cōpositus est. Simplex & purus deus. In Iob scriptum est: spiritus domini fecit me: & spiraculum oīpotentis ueritatis uiuificauit me. Dei sunt hæc opera nō hoīs. Quis facit hoīem nisi deus? Deus ē igitur spiritus domini: propter qđ dictum est in psalmis: Spiritus domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod cōtinet omnia scientiam habet uocis. Quis impleat orbem nisi deus? quis cōtinet orbem nisi deus? Cui cælum sedes & terra scabellum pedibus eius: & apud poetas: Dum nāq; ire per omnes: terras tractusq; maris cælumq; profundum traditum est. Est ne sedes dei nisi terra pōtus & aer & cælum & uirtus propter quod inquit Dauid: quo ibo a spiritu tuo? ostendens non esse locum in quo fugere possit spiritum domini: qui est ubiq; implere mundum & esse ubiq; & continere mundum soli deo tributum ē. Deus igitur sanctus spiritus qui hæc peragit: et futura prænoscit et prædicat: sicut scriptum est: respōsum accepit Simeon a spiritu sancto: quia non morietur: nisi uideret christum domini. non est cur deum negemus: qui dei efficit opera. non igitur solus pater deus ē: q nō aduersat̃ rationi trinitati psonarū in unitate diuinitatis quæ admōm supius ostēlū ē. Sed iam trinitatē ipsam et sacris

TVRCORVM PRINCIPEM

codicibus demonstramus . Et Moſen ante oēs audiamus: Cuius
 ſunt hæc uerba in capite libri: quē Genefim noſtri uocant. In prin-
 cipio creauit deus cælum & terrā. Terra autē erat inanis & uacua :
 & ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. Tria cōmemorat: Deum
 principium & ſpiritum. In deo patrem intelligimus . In principio
 filium. In ſpiritu domini ſpiritum ſanctum: & accipitur hoc in lo-
 co principium pro filio ſicut in pſalmis de ſuo filio inquit deus :
 Tecum principium in die uirtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum
 ex utero ante luciferū genui te. Atq; ita in exordio naſcentis mun-
 di trinitas ipſa in diuinis perſonis adducitur: propter quod tēptās
 diabolus primos parentes interpoſito ſerpente: & ſuadens ut edāt
 de ligno prohibito. Eritis inquit: ſicut dii ſcientes bonum & malū
 quod perinde accipiendum eſt: ac ſi diceret eritis ſicut diuinæ per-
 ſonæ: quibus ignotum ē nihil. Et cum eiicitur Adam de paradifo:
 Inqt dominus: Ecce Adam factus eſt ſicut unus ex nobis. Quibus
 nobis patre ſcilicet filio & ſpiritu ſancto: ſed maſteſtius ea trini-
 tas oſtenditur: cum dicitur: faciamus hoīem ad imaginem & ſimi-
 litudinem noſtram: cum ait faciamus ad noſtram: plures perſonas
 inducit: cum dicit imaginem: unitatē diuinitatis oſtendit: nec ſoli-
 tarius eſt qui dicit faciamus: qui alieno a ſe loquitur: qui noſtram
 ait. Duo ſunt pluralia uerba faciamus & noſtram ut uideatur pa-
 ter cum filio & ſpiritu ſancto miſcere ſermonem: qui nō uoce ſed
 intellectu expreſſus eſt. Dixerat creauit deus cælum & terrā. Deus
 & creauit: ſingularia ſunt: quia unus eſt & una diuinitatis eſſentia
 Subiungitur faciamus & noſtram ut pluritas in perſonis itelliga-
 tur. Idē & pſalmiſta canit regius dum ait: Verbo domini cæli fir-
 mati ſunt & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorū: quid maſteſtius
 dici potuit? In conditione cælorū tres perſonæ concurrunt: Domi-
 nus: uerbū & ſpiritus. Dominus patrem exprimit: in uerbo filium
 accipimus. Spiritus iſ eſt: quem ſanctum uocamus. & ruruſ idē
 propheta: ut trinitatem pſonarū in diuinitate cognoſcas: Ter deū
 prouocat in benedictione: Benedicat nos: inquit deus: deus noſter
 benedicat nos deus: & metuant eum oēs fines terre. Trina dei cō-
 feſſio trinitatem exprimit perſonarū: & eum ſubditur: metuāt eū
 uniuerſi fines terræ. unitas aperitur diuinitatis. In pſalmo xliiii.

AD MAHVMETEM

multo expresse. Trinitatem minuit cum dicit filio: Sedes tua deus in sæculum sæculi: & postea subdit: Propterea unxit te deus: deus tuus idest pater: filius: & spiritus sanctus: & cum sequitur præ participibus tuis: mysterium quoque incarnationis aperit: de quo suo loco prosequemur: ut Esaias in uisione sua clamantia introducit Seraphin: Sanctus sanctus sanctus dominus deus. Ter sanctus ad tres personas refertur: & semel dominus: & semel deus dicitur: quia unus est deus: unus est dominus: Et rursus idem uates ex persona Christi loquitur. Et nunc dominus meus misit me: & spiritus meus dominus meus inquit. id est pater misit me filium & spiritus eius qui est spiritus sanctus. Quis hic non intelligat trinitatem? non latuit prophetas hoc mysterium. Possent alia plura huiusmodi testimonia ex ueteri testamento afferri: quæ trinitatē plane ostēdunt. Planius tamen locutus est in euangelio dominus: qui cum mitteret in orbem discipulos euntes inquit: Docete oēs gētes & baptizate eas in nomine patris & filii & spiritus sancti: Tris nominauit personas: & in nomine dixit non in nominibus: ut essentiæ unitatem in personarum trinitate monstraret. Et Iohānes euangelista: qui de pectore domini ueritatē hausit: in epistola sua inquit: Tres sunt qui testimonium dant in cælo: Pater: uerbum & spiritus sanctus: & hi tres unū sunt. Et apostolus Paulus. Misit inquit spiritū filii sui in corda nostra: & alibi. Spiritus eius qui suscitauit Iesum habitat in nobis. Et iterum ex ipso inquit & per ipsum: & in ipso sunt omnia ipsi gloria. Ex ipso dicit propter patrem: per ipsum propter filium: in ipso propter spiritum sanctum. non dicit ex ipsis: aut per ipsos: aut in ipsis: nec addidit ipsis gloria: sed ipsi gloria inquit: ut trinitatem simul & unitatem cognosceres: atque his testimoniis & auctoribus illuminata de super christiana religio summa cum fiducia confitetur & prædicat unum deum esse: qui causa causarū principium & finis omnium rerum. Et omnis auctor creaturæ & summū bonum & nihilominus tris personas in deo recognoscit: & trinitatem in unitate uenerat: cui qui aduersat: salutis exptem se reddit: & ambulat in tenebris: & ueritas non est in eo. Tu uero: si sapias: ex tenebris emerges: ac cædida luce perfusus sacratissimā trinitatē & cognoscēdo coles & colēdo cognosces: nec aduersaberis sacrosācto euāgelio

TVRCORVM PRINCIPEM

in quo legitur: Verbum caro factum est. Negat tuus legifer incarnationem uerbi: Nā cur inquit factus est deus hō: ut in ligno crucis passus: qui alio modo humanum genus redimere poterat? Negat tua lex christi necem: & alium suo loco interfectum existimat: nec deum incarnatum cognoscit: neq; crucifixum: neq; mortuū. nos utrunq; prædicamus: quia factus est deus hō: & passus est pp salutem hoīs: hæc facta esse testantur. Ait. n. de seipso dominus. Venit filius hoīs saluare quod perierat. Constabat primi parentis errato hoīs oēs culpa teneri. Clausa erat paradisi porta: nec mortalibus patebat in cælum aditus. Decebat summā dei bonitatem hominem qui ceciderat reparare: nec miserum esse perpetuo: q ad beatitudinem perfruendam creatus fuerat. Sed obstabat iusticia dei: quæ pro peccato satisfactionem exigebat. dignus erat infinita pœna: qui maiestatem offenderat infinitam. nec homo tanti erat: ut infinitam posset redimere culpam. Stabat hinc diuina iusticia ultionem petēs. illinc diuina bonitas miserendū esse censebat. Audienda fuit utraque uox: quia uniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas. Quare & si poterat deus aliter humanæ imbecillitati consulere: est enim omnipotens: hic tamen cōuenientissimus modus fuit: quem elegit: ut assumpta humana natura: ipse pœnas solueret: factus est deus homo: aut homo fieret deus. Veritas de terra orta est: & iusticia de cælo prospexit. Coniuncta est humanitas diuinitati: ut acciperet ex plenitudine bonitatis: quod suæ defectum suppleret infirmitatis. Fuit hic modus saluandi humani generis diuinæ bonitati conueniens. Satisfactum est iusticiæ simul & misericordiæ. Satisfactum est amori & odio. Placuit hoc diuinæ potentia: quæ omnem defectum nostrum sua uirtute superat. Placuit & sapientiæ: quæ nihil frustra: nihil non decenter: non conuenientissime facit: & licet necessitate absoluta qua necessarium dicimus: sine qua aliud esse non potest: incarnatio uerbi necessaria nō fuerit: Eo tamen modo quo necessarium accipitur: id quo conuenientius & congruentius peruenitur ad finem: dicere non pudet: ad repationē hoīs filii dei necessariam fuisse. Ego sum deus: ego sum dominus: & non est absq; me saluator. Ex p̄ona christi inqt Esaias. Quia non poterat hō saluare seipsum. & necessarium fuit

AD MAHVMETEM

ut homo fieret deus: & deus homo saluaret hoīem: propter quod
 pulcherrime & ad propositū aptissime īquit ex nostris prædecesso
 ribus unus in hunc modum: De mysterio diuinæ incarnationis su
 scipitur a maiestate humilitas: a uirtute infirmitas: ab æternitate
 mortalitas: & ad deponendū cōditionis nostræ debitū: natura īuio
 labilis naturæ est unita passibili & deus uerus: & hō uerus ī unita
 te temporatur. Et quod nostris remediis cōgruebat: unus atq; idem
 hoīum deiq; mediator & mori ex uno: & resurgere posset ex altero
 Nisi enim esset uerus deus: nō afferret remedium. nisi esset uerus
 hō: non præbisset exēplum. intelligis quo mō cōuenienter filius
 dei carnē assumpserit ut deus: & mortē obierit ut hō. Si quæris te
 stimonia antiquæ legis: nō negabimus: præsto sunt. Ecce inqt Esa
 ias: Virgo concipiet: & pariet filium: & uocabit̃ nomen eius Ema
 nuel: quod interpretat̃ nobiscum deus. Quo mō nobiscū deus ni
 si quia uerbum caro factū ē: & habitauit in nobis? Et itex̃ eiusdē
 prophetæ uerba sunt. Puer natus est nobis: cuius impium sup hu
 mex̃ eius & uocabit̃ nomē eius admirabilis cōsiliarius deus fortis
 pater futuri sæculi: princeps pacis. An nō hic mysterium incarna
 tionis plane ostendit̃: & quæ tunc futura erāt: tanq̃ præterita ma
 nifestant̃? Puer: inquit natus est nobis: quia natus est nobis in hu
 mana paruitate: & datus est filius quemadmodū Iohannes ait. q̃a
 sic dilexit deus mundū: ut filium suū daret unigenitū. Datus est
 Christus ex diuinitate: natus ex uirgīe: cuius impium sup humex̃
 eius. Quid est impium Christi nisi lignū crucis: in quo pependit?
 Cruce dominus mundū uicit. Aereas potestates debellauit: & sub
 acto triumphatoq; diabolo regnū suum potenter intrauit. Opor
 tuit enim Christum pati & sic intrare in gloriam suā: ut inqt ipse
 in euangelio Lucæ: Impium igitur sup humex̃ eius fuit: q̃a crucē
 suis gestauit humeris: q̃uis eo fatigato Simon cyrenæus auxilia
 tus sit eam tollere. Dicit̃ admirabilis pp̃ signa & prodigia quæ fe
 cit. lumen cecis: auditū surdis: claudis ambulationē: debilibus for
 titudinem: & mortuis uitā restituens. Consiliarius pp̃ euangelica
 consilia appellat̃: quæ adiecit antiquæ legi. Deus asserit̃: ne puta
 res purum hoīem natum: Nam deus humanæ naturæ cōiunctus
 est. fortis q̃a spoliauit infernū: & portas æreas confregit. & uectes

TVRCORVM PRINCIPEM

ferreos dissipauit . pater futuri sæculi: quia cælū apuit electis. & regnum homini præparauit æternum. Post hęc uitam ī cælesti Iherusalem princeps pacis: quia nato christo clausum est apud romanos tēplū: iam & mira pax exorta ē: & gloria in excelsis deo cātauerunt angeli: & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Ostendit & alio loco idem Esaias incarnationē uerbi dicens: Dominus enim iudex noster: dominus legifer noster dominus rex noster ipse ueniet & saluabit nos. Quod p̄ inde accipiēdū: ē ac si dicat accipiet carnē accipiet mortē pro nobis subibit. Et rursus uero tu es absconditus deus Israhel saluator: absconditus: inquit: quia in carne latuit: saluator Israhel: quia sua morte nostrā mortē redemit: & ne putes esse tēporalē salutem saluationis genus addidit: Israhel inquit saluatus ē ī domino. i. uirtute domini: & subdit salute æterna quā cōsecuti sunt omnes: qui ex Israhel christo crediderūt: apertissimum est testimonium Esaiæ: Sed audi hieremiam: sua hęc sunt uerba: Ecce ueniunt dies dicit dominus & suscitabo germē iustum ex semine Dauid: & regnabit rex: & sapiens erit: & faciet iudicium: & ī diebus illis saluabitur iuda: & habitabit Israhel confidenter. Et hoc est nomen quod uocabunt eū deus iustus uel dominus. Cōsydera uerba: & attēde mysteria. Suscitabo: inquit: germen iustū id est christum sanctū. & iustū ex semine dauid secundum carnem: quia ex prosapia regia & de sanguine dauid Maria mater domini nata est: & regnabit rex. Quo modo regnabit? Sane quemadmodum ipse apud Mattheū in euangelio dicit. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: quod est regem esse. Et sapiens erit: ait sapiētia scilicet creata: quæ hominis ē: & increata quæ dei est: & quæ fuit ante sæcula: & faciet iudiciū discretiōis scilicet & discussionis: nunc discretionis dum elegit ex mortalibus quos uult: & alios suo arbitrio dimittit: & in fine sæculi discussionis quando reddet unicuique secundum opera sua. In diebus illis saluabitur Iuda. i. quicumque crediderint & baptizati fuerint: salui erunt. & habitabit Israhel cōfidēter in statu scilicet ecclesiæ triumphātis: Et hoc est nomen: quod uocabunt eum. Deus iustus: & scias Christus ex sæmine Dauid natus. Non solum hō: sed et deus est. neque alteri quā Christo hęc uerba cōuenire possunt. Accedat & alius propheta Baruth noīe: quod ille ait?

AD MAHVMETEM

Hic est: inquit: deus noster: & non existimabitur alius aduersus eū hic adiuuenit oēm uiam disciplinæ: & tradidit illam Iacob puero suo & Israel dilecto suo. Post hæc i terris uisus est: & cum hominibus conuersatus est. Docet hæc oīa incarnationē uerbi: & hoīem factū dei filiū manifestant. Nunc de morte audi & eos cum contempto qui christum uolunt esse translatum & nondum mortuum: sed in credibili dementia circa diē suppremi iudicii cū omnibus angelis interficiendū putāt. O nefandā audaciā & stultitiā alias inauditam. Dimittimus angelos: quorū substantia incorporea est: & immortalis christū interfectum negant: & aiunt interficiendum. At Dauid ex persona christi quæ non rapui: tunc inquit: exoluebam: quia non peccauit: & pœnas dedit: & p̄ alieno delicto mortē subiit: quod manifestius Esaias ostendit dicens. Vere langores nostros ipse tulit. & dolores nostros ipse portauit. Ipse uulneratus ē propter iniquitates nostras. Artritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ sup eum & liuore eius sanati sumus. Omnes enī nos quasi oues errauimus. & unus quisq; in uia sua declinauit: & deus posuit super eum iniquitatē id est pœnā pro iniquitatibus omnibus expiandis omnium nostrum: & subditur: Oblatus est: quia ipse uoluit: & non aperuit os suum: & paulo post: tradidit in mortem animam suam: & cum sceleratis deputatus est. Ipse multorū peccata tulit: & pro transgressoribus rogauit. Si uidisset propheta passionē christi: uix potuisset apertius loqui. Nec Yeremias tacuit domini tormēta: qui eum ex ligno crucis ita loquētē iducit. O uos omnes: qui transitis per uiam: attēdite & uidete: si dolor est sicut meus. & ipse saluator de se ait: Ecce ascendimus Iherosolymā: & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis: & cōdemnabūt eū morte: & tradent eum gentibus ad illudendū & flagellādū & crucifigendū: & tertia die resurget: & iterum alibi: Sicut Moses exaltauit serpētem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis: qui credit in eum: non pereat: sed habeat uitam æternā. ne de morte dubites. Scribit euāgelista: cum accepisset Ihesus acetum: dixit: Consumatum est: & inclinato capite tradidit spiritum. Prophetæ Christum moriturum & a mortuis resurrecturum prædixerunt euangelistæ: & obisse in cruce: & resurrexisse tertia die

TVRCORVM PRINCIPEM

affirmant. Certa res ē: & nihil ambiguitatis habet. ueritati omnia consonant. Resurrexit dominus. Ascēdit in cælum: & uenturus est iterum: ut faciat iudicium in fine sæculi. Tua lex hæc non recipit: quia non sapit de christo: quæ sapere oportet. Cuius alterꝝ aduentū non solum euangeliū: sed antiqui etiā uates ostendunt: sicut paulo ante de Iheremia diximus. Contestis eius est Daniel dicens: Ecce in nubibus cæli quasi filius hominis ueniebat: & usq; ad antiquū dieꝝ peruenit. & sequitur: & dedit potestatem: & honoré: & regnū & omnes populi tribus & linguæ seruient ei: quibus in uerbis uiri doctores iudicium christi facile inueniunt in fine mundi. Et ipse christus de ipso loquit̃. Dico uobis: qui secuti estis me: ī regeneratione cum sederit filius hominis: in sede maiestatis suæ sedebitis: & uos iudicantes duodecim tribus Israel. Et in actibus apostolorum legimus: cōstitutum esse christū a deo patre uiuorū & mortuorū iudicem. Hæc nos de deo sentimus. hæc firmiter credimus. hæc salubriter prædicamus æternam uitam p̃mittētes omnibus: qui christo credūt: & trinitatis nomine baptizati opera faciūt euāgelio digna. Quæris quæ sit ista uita æterna. Quid illic agat homo. qua uoluptate lætet. quo modo beatitudinē assequat̃. Respōdemus cū euāgelio Iohannis. Hæc est uita æterna: ut cognoscāt te uerum deum: & quem misisti Ihesum christum: summa tibi felicitas erit uidere deum ī sua natura: & eius perfrui bonitate. Gaudia nostræ mentis erunt. hac satiabimus. hac implebimus. huic summa felicitas erit hæerere deo & deum cognoscere. Videmus enim nunc per speculum in enigmate ut ait apostolus: Tunc facie ad facie. & in iubilo teste Iob. In facie domini uidebimus lumē & satiabimur. Cum apparuerit gloria eius: & erimus sibi similes: sicut ait Iohannes. Nec oculus uidit: īquit Esaias: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: quæ promisit dominus diligētibus se. Et apostolus non esse condignas passionibus huius sæculi dicit ad futuram gloriam: quæ reuelabit̃ in nobis. Tua lex in altera uita flumina lactis & mellis & uini promittit & cybaria delicata: & uxores multas: & cōcubinas: & uirginū coitus: & angelorū in turpibus obsequiis ministeria: & quidquid caro deposcit: bonis hæc: paradus & asini potius quā hominis est. Nā q̃s mortalis ē hominis habens

AD MAHVMETEM

faciem: qui per oēm uitā suā corpori seruiat? Quis non aliquando
 in mentis secessum abiit? Quis non pascit intellectū aliquādo &
 a sensibus specularando recedit? At non est honoris & gloriæ uolup-
 tas: Multo iucundior & diuturnior quā uentris. An non dulcior ē
 bene actæ uitæ laus: quā cybus ipse uel potus? Bibit sapiens: atq;
 edit: ut uiuat. Tua lex ideo appetēdā hōini existimat uitā: ut edat
 & bibat. Sicut in hoc sæculo carneus fuit legifer tuus: ita & in fu-
 turo carni studendū putauit. Quod neq; gentiles philosophi præ-
 ter paucos admisissent: inter quos sūma fuit de superno loco dis-
 sē- sio. Alii in doloris priuatiōe felicitatē posuerūt: ut Diodorus. Alii
 in dolentia: ut hieronymus. Alii in honestate cum uoluptate coniū-
 cta: ut Caliphō & Dinomacus. Alii in scientia: ut Herilis. Alii in so-
 la uirtute atq; honestate: ut Zeno & stoyci. Alii in bonis animi &
 corporis & fortunæ: ut Aristoteles & peripatetici. Soli Aristipus &
 Epicurus & eorū schola summū bonū in uoluptate locarunt: Atq;
 iis tua lex conformis est: qui tex omnium philosophorū cœnū fue-
 re & fætidum. Nec tamen illi in eo errore fuerunt: ut hanc felicitā-
 tem in altero sæculo expectarēt: quibus futuræ uitæ spes nulla fuit
 mortalē animā existimātibus. Nostri philosophi summū bonum
 neque ī terra: neque ī sensu: sed ī cælo & in deo quæredum cēsēt:
 & eo satiādā: & natura ita instituit nos ut cælum aspicientes: eo
 uotis ut omnibus aspiremus: sicut est illud poeticum. Os homini
 sublime dedit: cælūq; uidere Iussit & erectos ad sydera tollere uul-
 tus. Quis nescit finem his præstare: quæ ad finem sunt. Omnia
 hæc corporea oblectamenta eo reperta sunt: ut species hoīum con-
 seruari: & in suum finem: qui est deus: adduci posset. Quis aut ede-
 ret aut biberet: aut pro creandis liberis opam daret: nisi esset ī his
 aliqua delectatio? At hæc nō est finis hoīs: qui ad deū factus est: &
 nisi ad deū ueniat: nunq̄ quiescit: nec p̄ carnales delectationes ad
 deum factus est: nec p̄ carnales delectationes ad deum ipsum pue-
 nitur: Sed quanto uis magis imersus est hō: tanto est ab ipso deo
 remotior. Qui alioquin eo beatior existit: q̄to angelicæ diuinæq;
 naturæ magis ac magis adhæret. nec curat carnalia desyderia qui
 bonis fruit̄ spiritualibus: sicut ignis & aqua simul esse nō possūt
 sic deliciae carnalibus spirituales non cohærent. Trahunt illæ ad

se humanā naturam: & totam in se rapiunt: nec sentire sinūt: quæ caro appetit. Gustato spiritu: desipit omnis caro: ut inquit unus ex nostris. Tua lex in paradiso uoluptates admittit: quas nec Solon: nec Lycurgus admisissent in terra. Quot foeditates de cybo & potu & aliis uoluptatibus oriuntur quas in paradiso nefas fuit nominare: aut gignerentur sine fine homines: & implerent omnia nunquam morituri: aut frustra esset permixtio maris & foeminae sine fructu. Quæ etiam in hoc mundo damnantur. Dicis ergo quid foeminae opus est: si non est coitus. Dicimus & nos quid opus est coitu: si non est generatio: propter uoluptatem dices. At hæc foeda uoluptas est & indigna: quæ paradysum ingrediatur. Nam quo modo illic permixta esset hæc turpitudine: quæ hic tanquam obscena prohibetur: & tantum propter sobolem aut euitandi maioris mali causa permittitur. Hippocrates diuina uir scientia uenerunt coitum partem esse quadam morbi teterrimi existimabat: quæ nostri comitialē dixerunt. Quid igitur: habens aliquid humani pudoris ut uerbis cuiusdam gentilis utamur uoluptatibus istis duabus coeundi & comedendi: quæ homini cum sue & asino communes sunt: gratuletur. Non sunt hæc: quæ pia mens in caelo requirat. Dicis iterum non erit plena felicitas in paradiso. Si aliquod defuerit oblectamenti genus. Ergo ut existimas cum uariis rebus oblectentur homines: Saltatione: piscatione: uenatione: ludo: lucro: cantu: cybo: potu: ueneri: & aliis quampluribus eadem omnia in paradiso: tua requires & cum uirgilio dices: Quæ gratia currum armorumque fuit uiuis cura intentes pascere equos eadem sequitur tellure repostos: Vana hæc prophetia est: quam nulla unquam ciuitas bene instituta recipit: Nos: ut diximus: mentis gaudia: & spirituales delicias quærimus. Beatitudo nostra: quam expectamus in altera uita: est ipsa dei uisio: qua nihil optabilius inueniri potest. Videbit. n. beatus animus & quæ sunt in caelo: & quæ sunt sub caelo. quid erit: quod eius aspectum fugiat: qui uidebit uidentem omnia. Quæ nunc uidentur obscura de deo: de trinitate: de incarnatione uerbi: de processione sancti spiritus: de sacramentis ecclesiae: de cæteris archanis: tunc aperta erunt & manifesta. nullum deerit oblectamentum: nihil requireret ultra plenus animus. Nam quid pleno opus est: nihil illi deest: qui nihil cupit. Desideria nostra implebit

AD MAHVMETEM

optimus ac maximus deus: in quo omnia bona insunt. nec ullam
 cupiditatibus nostris relinquent locum. Erit deus omnia in omnibus
 qui sine fine videbitur: qui sine fine amabitur: sine fatigatione la
 udabitur: quæ lingua dicere: uel quis intellectus capere sufficit: illi
 us supernæ ciuitatis quanta sint gaudia: angelorum choris nitere:
 cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere: præsentem
 dei uultum cernere: incircumscriptum Lumen uideret: nullo metu
 mortis affici incorruptionis perpetuæ munere lætari. neque beati
 tudo humani corporis illic in epulis erit aut in uino: aut in coitu. Ex
 redundantiâ beatitudinis animæ gloriabitur corpus: & similitudi
 nē eius induet. fulgebit tanquam sol in conspectu dei. tenuitati eius nul
 la resistet materia. Leuitas & agilitas infinita spatia: & in ictu ocu
 li permeabit. Nihil erit: quod amplius ledi possit. Inuiolabile erit
 & impassibile more animæ: & ita totus homo exultabit: & dicet cum
 propheta: Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum. nec fru
 stra erit differentia sexuum: aut artus aliqui superfluent. Resurgent
 uiri & feminae integris membris & non solum in specie: sed in ip
 so indiuiduo humanæ naturæ perfectio reintegrabitur. nec tamē ani
 males operationes aderunt: nec commistio maris & feminae: quæ cessa
 bit causa: propter quā fuerat introducta. Erit enim complexa multi
 tudo hominum a deo perfinita: nec erit ullus carnalis appetitus. nec
 pulsabit temptatio inimici. non patebit insidiis locus: cum peruē
 rit ad triumphum. Pax ibi concussa & quies & summa concordia
 uigebit. Vides inter tuam & nostram beatitudinem quantum interest: No
 stra felicitas nobiliori hominis parti id est animæ responder. Tua
 uiliori quod est corpus: nostra mentalis est: Tua carnalis: nostra
 fulgens & nitida. tua obscura & foetida: nostra cum angelis & comu
 nis deo ipso est. Tua cum suis & aliis pecoribus: nostram docti omnes
 philosophi laudant: tuam uituperant: nostram cælo digna est: Tua est ter
 ra comprehenditur. Sed dices in sacris etiâ codicibus communia repe
 riri: quæ futura uidentur. In cælesti Iherusalem potu cyboque plena:
 Inquit enim Esaias. faciet deus exercituum omnibus populis. In mō
 te hoc conuiuium pingue. Et in sapientia legimus. Miscuit uinum: &
 posuit mesam Et iterum uenite & comedite panem meum: & bibite uinum
 quod miscui uobis. Et in ecclesiastico cybavit illum deus pane uitæ

TVRCORVM PRINCIPEM

& intellectus: & aqua sapientiæ potavit illum. & dominus apud lucã. Ego inquit dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus: ut edatis & bibatis super mensam meã in regno meo. Omnia hæc & his similia spiritualẽ habent intelligentiã: quia de mēsa ipsa sapientiæ nõ corporalis uel cybus uel potus assumitur: sed mentalis qui suauissimus est: & mundissimus. & hic ẽ: quẽ nos expectamus i futuro sæculo. Tãto ẽ igitur dignior nostra felicitas: q̃to nobilior & diuinæ beatitudini propĩquior. Sed attingamus non nullas alias tuæ legis ineptias: quæ tũ sacris litteris aduersantur: tum Philosophicas rationes excludunt. Dicit legifer tuus: quod tetigit eum deus manu sua inter humeros: & usque ad medullam dorsi eius penetrauit frigus: quod perĩde est: ac si corporeum eum esse affirmet: quia tactus non est: nisi per corpns. Nos icorporeum dicimus deum. Ait enim Esaias ex ore dei: Cælum & terrã ego impleo: quod non posset fieri sicut si corporeus esset. Et propterea dicit in psalms dauid: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Spiritus inquit domini non corpus domini. & Iohannes in euãgelio: Spiritus est deus. Philosophi deum purum actum esse dicunt principium omnium rez: creaturæ omnino simplicis & æternæ. Quod si corporeus esset deus: nihil horum ei posset attribui. Esset enim compositus aut ex elementis aut ex alia materia: & posterior suis partibus neq; simplex: neq; purus: neq; origo rerum: & naturas haberet seipso excellentiores Angelos scilicet. Nobiliora enim sunt spiritualia quam corporea: quod est opinari absurdũ ne dicamus asserere nec simul stare potest: ut causa causarum sit deus: ut philosophi uolunt: & recte uolunt: ut compositus inueniatur. Eset enim ab alio compositus & illum nos potius diceremus deum: qui composuisset. Non est corporeus deus: quia compositus nõ est. nec mouetur. quanuis in sacris litteris & caput: & manus: & pedes: & oculi: & digyti: & cor: & uterus: & huiusmodi attribuuntur deo. Vtitur eim spiritus sanctus: qui loquit̃ in scripturis uocabulis: quæ sunt in usu per similitudinem quandam: sicut dicit Ezechiel ex persona dei: Ego uisionem multiplicauit eis: & in manibus prophetarum assimilatus sum eis. Est enim naturale homini per sensibilia ad intelligibilia peruenire: & omnis nostra cognitio a sensu capit exor

AD MAHVME TEM

dium. Atq; idcirco spiritualia nobis in sacris codicibus sub meta phora corporalium exhibent. Atq; ita fit: ut et rudes aliqd capiant qui alioquin essent diuinæ sapientiæ minus idonei auditores. Di cit præterea tuus Mahumetes oïum peccatorum cãm esse deum: ex clamans his uerbis utitur O deus quibus uis bonam: qbus uis ma lam uiam præbes. Nos mortale peccatum aduersatione quandã esse dicimus ab ultimo fine. nec possibile censemus deum qui ul timus finis est: uoluntate cuiuspiam euertere. esset enim sibi con trarius. Et si deus oïa diligit: quæcũq; facit: ut est illud sapientiæ Diligis oïa quæ sunt: & nihil odisti eorum quæ fecisti. quo mō con sentaneum est: ut peccati cã sit ipse deus. Cui dicit in psalmis Da uid. Odisti oēs qui operantur iniquitatē. & in ecclesiastico legimus. Oē excrementū erroris odit deus. Contraria sunt amor & odium. audi ulterius intollerabilē tuæ legis errorē. Si uobis: inquit: aduer sa incūbunt: incubuerunt & cæteris: Sunt enim isti dies casus & fortunæ: & cæteris sunt isti dies & casus & fortunæ. Negat di uinam prouidentiam curare mortalia. Nos de diuina sapientia di cimus: qui attingit a fine usque ad finem fortiter: & disponit om nia suauiter: Nec summæ dei bonitati conuenit ea negligere: quæ creauit: propter quod inquit apud Matheum dominus: Om nes capilli capitis uestri numerati sunt. Addit Mahumetes ange los creatos ex flama ignis & peccare & morituros esse. Nos eum prophetã dicimus. Quod deus scit angelos suos spiritus & creauit eos ex nihilo: & philosophos nobiscũ sentientes habemus: qui oēs angelos quos intelligentias uocant: incorporeos esse dixerunt. nec peccatū in angelis repiri posse censemus: q deũ in essentia uidētē oïa uidēt: & oïa intelligunt ad pfectionē necessaria: nec est in eis ignoratia peccati nostri: nec subiectã corruptioni naturã angelicã arbitramur. In qua nō ē materia: quæ separi posset a forma: sed ab ipsa forma p se subsistit incorruptibilis & immortalis. Origenis præclari & excellentis ingenii uiri sicut multa extãt præclarissima opera sua: Ita & non nulli errores perniciosissimi reperiuntur: inter quos ille est unus: quia dæmones per dei misericordiã liberandos esse aliquando a penis asseruit. Hunc assecutus est Mahumetes: q

TVRCORVM PRINCIPEM

saluados per Alchoranū malos angelos affirmat. Nos cū Esaia de omnibus damnatis siue hominibus: siue angelis unā sententiā habemus: quod uermis eorū nō morietur. & ignis eorū nō extinguet. Et saluator in euangelio damnatis in ultimo iudicio: Ignē æternū repromittit diabolo: & angelis eius præparatum. Quid quod tuus legifer animā humanā portionē esse asserit animæ dei: sicut non nulli philosophi parū periti tradiderūt: & Manichei secuti sunt. Nos humanam animā ad imaginem & similitudinem dei factam dicimus: sicut scriptum est in Genesi: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: quod de anima dictum non de corpore. Quod si anima hominis portio esset dei: esset utiq; deus: nec esset homo non deus: quod dicere stultissimum est: cum manifestum sit: Labi hominis animam a bonitate in maliciam: a ueritate in mærorem: a gaudio in tristitiam: a spe in desperationē. quod a dei substantia penitus alienum nec illud uerum est: quod in uestra lege traditur animas hominum ex una productas esse omnes. Asserunt enim philosophi ab extrinseco esse homini intellectum. & quod in nato sit spiritus uitæ iussu dei. Et Theologi rationales aīas oēs ex nihilo creatas esse dicunt. Et Adam cum factā uidisset fœminam: hoc os: inquit: de ossibus: & caro de carne mea. non dixit anima de anima: Et propheta in psalmis canit: Qui finxit sigillum corda eorum. Ponitur enim cor pro anima: quia sedes eius in eo est: & deus sibi animarum productionem reseruauit propter earū dignitatē: qui p̄ Esaia ait: Omnem flatum ego feci: quod de flatu spirituali qui est rationalis aīa. Præterimus: quod cælum ex fumo factum dicitis. Quod si uerum esset: corruptioni subiaceret. Præterimus: qđ solem & lunā æquales ab initio uirtutis & luminis tuus propheta testatur. Nos dicimus cælū ex nihilo creatum: & duo luminaria magna fecisse deum: ab initio luminare maius ut præesset diei: & luminare minus ut præesset nocti. Ad illud trāsimus: qđ i uestra lege dulcissimū & saluberrimū esse putabo uxores multas ducere: quod si deo placuisset: creato homini ab initio non unam tantū sociam præbuisset: sed plurimas. Nec dixit deus relinquet homo patrē & matrē: & adhærebit uxoribus suis: sed uxori

AD MAHVMETEM

suæ dixit. Nec amicitia inter uirum & uxorem esse potest uera: ubi non est æqualitas. Cum uir pluribus misceatur: mulier tantū uni adhæreat: & ei cuius ē. In alias plures distractus amor. nec propterea numerus hoīum augetur: quia plures uni nubant foeminæ: Nam totidem uiri priuati coniugio sine prole decedunt: & præsertim cum mulieres numero pauciores existant. Iniqua insup res uidetur & naturali aduersa libertati: unius urbis ciuium alios multiplici matrimonio uti. Alios in solitudine degere: nec propterea laudanda consuetudo: quod in ueteri lege plærosq; sanctos uiros pluribus uxoribus fuisse coniunctos legimus: quia non id ex lege aut uoluptate fecerunt: sed diuina quadam dispensatione & ad sobolem procreandā: quæ cresceret in cultu dei. Tacemus quod de diuortio permittitur apud uos contra legem euangelicā: & de adulterio & fornicatione & aliis scelentus: quæ luit: antiqua lex detestetur: & noua prorsus abominetur. Apud uos tamen concessa uidentur. Non est: quod oīa tuæ legis errata pcurramus: quando neq; nobis scribendi: neq; tibi legendi satis est otii: & tu ipse pro tuo ingenio multa intelligis adeo stulta esse: ut nulla possint ratione defendi. Tota de deo questio est. huc oīa referunt. Totum in eo cōsistit: ut Christum Iesum esse deum credamus. Quo concessio: necesse est eius legi obedire: & eius uerbis obedire: quoniam uerax ē & mentiri non pōt. In eius lege trinitatē: de qua supra diximus: in unitate diuinitatis cōperimus & incarnationē uerbi & processionē spiritus sancti: & reliqua oīa quæ rettulimus usq; ad extremū iudicium. Quod aut Christus deus sit: iam supra ostēsū est ex ueteri lege atq; prophetis: Licet aut ex tua lege quæ prophetam & sanctum uirum fuisse Christum asserit. Si propheta & sanctus ergo uerax: si uerax & deus. Nam deum seipsum testatus est: dicens. Ego & pater unum sumus: & qui uidet me: uidet & patrem. & creditis in deum: & in me credite. in alia multa per quæ huiusmodi diuinitas Christi colligitur: & æqua cum patre & spiritu sancto maiestas. Bene est igitur ut legem nostram amplectaris: quæ uerax est & salutaris a deo data: & tuam relinquant: in qua non est ueritas neque salus. Homo illam intulit peccatis & ignorantia plenus. Intellexisti quanta adduximus ex ueteri lege testimonia:

TVRCORVM PRINCIPEM

quibus deus & hō ostenditur Christus Iesus: & pro nostra salute
 supplicio crucis affectus. Audiuiti sacrosancti euangelii attestatio-
 nes: & ipsius Christi uoces: quē tua lex sanctum habet. Quid igit̃
 obstat baptismo? quis prohibet aquā? Quid moraris? Ingredere
 iam tandē salutis iter: cum præ excellentibus uiris & magnis impe-
 ratoribus ad æternā salutē sub christo puenies. Diximus de Con-
 stantino seniore: & de Philippo: qui remp. tenentes in Christū cre-
 didere. Post Constantinū creati Cæsares idem iter secuti sunt: &
 in fide nostra dormierūt: excepto Iuliano apostata: qui ex monaco
 Cæsar factus trāsiiuit ad idola: quæ uitam lassiuiorē promittebāt.
 Sed ille in bello Parthico pœnas dedit: & sagitta confossus in icer-
 tum missa coactus est cadens dicere: uicisti gallilee: sic enim p̃ cō-
 tumeliam uocabant Christum. Fuerunt & alii scismatici & hære-
 tici: qui cæsi christiano censebantur noīe non tamen recte incesse-
 runt: uia christiani nullo polluti errore inuenti sunt: Iouinianus:
 Gratianus: Iustinianus: Valentinus: Iustinus: duo Theodosii Ar-
 chadius: Honorius: Carolus magnus: Ludouicus: & plures franci.
 Ex theutonicis tres Ottones: Henrici: Aliquot & non pauci sub
 aliis noībus. Præterimus alios reges fama claros: qui uel in gallia
 uel in hispania: uel in hungaria: uel in aliis prouinciis christianis
 sacris initiati fuerunt: & in domino mortui ad uitam credunt̃ mi-
 grasse. Cum his nō est: cur te pudeat Christi iugum subire: & sub
 eo regnare: per quem reges regnant: & legum conditores iusta de-
 cernunt. Multos inuenies reges: qui te colentem Christum hono-
 rabunt. Et si enī aliquando horrebant reges Christi nomen: & pp̃
 idola christianos p̃sequebantur: postea tamen propter Christū ido-
 la deleuerunt. Honestā hęc societas est: cum qua te uocamus in
 uiam ueritatis & pacis. Illa nihil dignitatis hēt: cum qua lex tua ī-
 deuita rapit. Nam præter Otthomanarū familiam: de qua natus es
 & illustres progenitores tuos. quis est: qui inter Sarrhacenos ma-
 gnopē laudari queat? Celebratur Saladinus quidam: & aliq̃ pauci
 nomen habent: qui res memoria dignas gessere. At christianorum
 excellentissima noīa oēs historias impleuerunt. non sunt in Syria
 & in Aegypto: & in Asia Gotofredus: Balduinus: Boemundus. Tā-
 credus: Corradus: Philippus: & alii admōm multi: qui ab extremis

AD MAHVMETEM

galliæ & germaniæ finibus cum ingentibus copiis Hierosolymã petiere: iterq; sibi per medios hostes ferro parauere. Hos tibi comites damus. cum his te Christo uigere cupimus. Honestiores hi loci sunt q̃ ægyptii effœminati aut imbelles arabes. Tua origo: sicut accepimus scythica est. Inter scytas milites fuisse uiros in armis claros memoriæ tradit̃: qui uectigalẽ Asiam pluribus sæculis tenuerunt: & ægyptios ultra paludes eiecerunt. Non sunt cõparandi aut ægyptii aut arabes scythico generi. Non est forti & ignauo a qua societas. seruitus est: quando eorũ legi subiectus es: quæ uti nam lex esset & non deceptio ac præstigiũ. Cõformior tibi cum christianis societas erit. Fortibus uiris facile amicatur fortes. Virtus uirtuti placet. Pulchra & stabilia sunt inter æquales consortia si eadem religio. idemq; dei cultus. Age igit̃ accipe christianos socios. accipe fidem & baptisimũ: qđ te faciet in terris magnũ: quoad uixeris: & post obitum in cælo beatũ reddet. Audisti promissa euãgelica. & quo mō cūcta quæ diximus: ueteri legis auctoritate probantur. sed times ne te decipiamus. Recordaris tui legislatoris: qđ asserit legem & prophetas a iudæis. Euangelium a christianis esse corruptũ tantũ de ueritate & noui testamēti nil ueteris remāsisse quantũ in Alchorano continet̃. Exploratũ id forsitan arbitraris & uerũ esse: atq; idcirco testimoniis non adhibes fidẽ nostris: nec baptizari audes: aut in Christũ credere. Vtinã tam bonus fuisset tuus legifer q̃ callidus: tam uerax q̃ uersutus: tam iustus q̃ iniquus. Totã est artificiosa & fraudolenta lex eius: Nã qui diuinũ sibi abesse auxilium non ignorabat: ad humanas confugit astutias. Cupiebat legem edere: quæ sibi nomen daret: famãq; etiam per flagitia exoptabat: ut Herostratus ille qui dianæ ephesiæ templum incendit & aĩaduertens antiquã & nouã legem: quanq̃ honesta esset: durã tamen uulgo uideri & seruatu difficilẽ: suam ipse edidit: quæ uoluptatem humano generi amicam pmitteret: sic enim facile posse fieri existimauit: ut innumerabiles populi in suas traditiones concederent. Nam gentiles quanuis laxiori lege tenerentur q̃ christiani: continentiam tamen & modestiam & frugalitatem commēdabant: & philosophis auscultabant. uirtutibus amatoribus neq; sinebant suos ciues corrũpi uitiis aut uoluptate marcescere. Creuit

TVRCORVM PRINCIPEM

igit̃ secta sarrhacenoꝝ licentia uitioꝝ. Placuit uxores ducere quot mallent: easdēq; dimittere cum displicere cepissent. habere concubinas cōplures: & in oē libidinis genus posse peruolui. Et si enim aliqua ieiunia præcipiuntur: id ē ad irritandam uoluptatem factū est. Nam Sarrhaceni die ieiunantes: nocte q̄ longa est: epulant̃ & bibunt. Nec aliam ob causam uini usus interdictus est: nisi quia noceret in ardenti terra qualis est arabia: & maior est uoluptas in frigidis poculis: hoc ergo unum Mahumetis inuentū est: ut legē propagaret suā: ea præcipiens quæ grata essent auditoribus: & maxime plebibus: quæ iumentis similes existant. Nec fefellit eū opinio in hac parte. Placuit noua lex: & breui tempore ita coaluit: ut multis populis: gentibus ac linguis reciperet̃: cuius fundamenta in uoluptate iacta fuerunt. Verum sicut agricola non imprudens posteaquam uineam plantauit: fossam circumducit & sepem: ne destruat̃ a feris. Ita & Mahumetes suam legem conseruare ac munire statuit. Animaduertit homo sagax duobus modis suum dogma conuelli posse atq; confundi auctoritate scilicet & ratione. Atq; aduersus hæc duo: quæ poterant inueniri remedia: non neglexit: auctoritati opposuit: quod paulo antea rettulimus antiquam scilicet & nouam legem deprauatam esse: nec quiq̄ ueri restare nisi quod Alchoranus haberet: Rationi arma obiecit iubēs ne quispiā de sua lege disputaret: ne ue rationem quæreret: in eum qui contra niteretur: ferro iudicandum esse. atq; huiusmodi uallo ueterator suam legem communiuit. Sed non est hic adamantinus murus neq; ferreus: neq; ex uiuo lapide fragilis materia est. Creta & luto munita domus facile expugnabit̃: neq; resistet tælis nostris. facile ruunt ædificia in harena fundata. Aggrediamur hæc tuæ legis munimenta. Corruptionem in primis sacrarum litterarum obiicitis. Hoc ei probandum fuerat qui asserit. Nobis satis erat negare factum: iubet tecum aliter agere: & apertam tuæ legislatoris calumniam ostendere. Lex iudaica: quam Moses & prophætæ tradiderunt: antequam Mahumetes nasceretur: pluribus sæculis scripta fuit: & multis in locis promulgata: & in alienas translata linguas. nec fuit unus interpræs: sed plurimi: rogante Ptolemæo philadelpho: septuaginta præsbiteri legem interprætati sunt: &

AD MAHVMETEM

consona dixerunt: Aquila etiam & Theodotion & Simachus & alii
 uetus testamentum traduxerunt. Facta est antiqua lex græca & la-
 tina multis ætatibus: ante quàm tua promulgaretur. Impletæ sunt omnes
 scripturæ Mosaica: & aliorum prophetarum traditione Alexandria: Ro-
 mæ: Athenis: Carthagine: Syracusis: Toleti: Lugduni: & in omnibus
 locis: quæ insignia essent siue apud græcos: siue apud latinos ue-
 tus testamētum ex hebraica ueritate traductum & habebatur & publice
 legebatur. Quis ille iudæus tam potens fuit qui corrumpere legem
 ubique gentium potuit? Nondum natus erat cùm corrupendæ legis:
 cum nulla esset cum christianis nondum natis de lege contentio.
 nec alios oportebat legi aliquid detrahere: qui legem non acceperant.
 non propter se qui talem acceperant & laudant. Si qua corruptio
 interuenit in ea: potuit interuenire: quæ apud hebræos remansit:
 non in ea: quæ inter latinos & græcos uulgata est: & per infinitas
 diffusa prouincias: quanquam nec iudaica corrupta est: quæ usque in hanc
 diem cum græca & latina traductione concordat. Difficillima ac pœ-
 ne impossibilis fuisset corruptio in tot manibus. Mahumeti leue
 fuit unum codicem corrumpere: & illum tanquam uerum his tradere: qui
 sibi ab initio crediderunt. Quod si multi sunt hodie apud uos co-
 dices unius continentia: non tamen idcirco ueritas in eis est: ab
 uno enim qui falsus erat emanantes omnes falsitatem continent: quæ
 non defluunt ex amaro fonte dulces riuuli. Quæritur ex te magne
 princeps si te iudice duo rationum codices afferantur: quorum alter ex
 altero transcriptus existat: ut in eo de quo facta est transcriptio: Sé-
 pronius mille debere talenta scriptus est: in exemplari duomilia:
 cui potius fidem dabis nonne ex exemplo quam exemplato? hebræi parentes
 antiquæ legis existunt: & apud eos exempla legis habentur: apud alios
 exemplaria. Rursus ex te quærimus. Quattuor inueniuntur rationum
 libri apud quattuor negotiatores: Seium: Gaium: Titium: & Sem-
 pronium. In eo quæ Sépronius producit: creditor ipse Lucii in cen-
 tum talentis scriptus inuenitur: in aliis debitor. Cui credes? quod respon-
 debis? an non tres libros uni præferes? certe non dubitabis præferre
 Si ita iudicas: soluta quæstio est. Quattuor libri uetus habet te-
 stamentum. Unus est hebræorum: alter Gentilium: Tertius chri-
 stianorum: alter & ultimus Sarrhacenorum: qui a cæteris discrepat.

TVRCORVM PRINCIPEM

mendax enim est: nam reliqui conformes inueniunt. Nā & græci
 qui gentiles erant ante christi aduentū: & latini ante Mahumetē
 uetus testamentum non alio modo habuerunt quā nos hodie ha-
 bemus. hoc fortasse inficiari posses: quia non reperiuntur hodie gē-
 tiles: qui bibliothecas habeant ueteres. Sed iterroga Iudæos. Inue-
 nies uera esse: quæ dicimus: & adhuc extat Iosephus hebræus: qui
 translationem antiquæ legis in manu Ptolemæi: quē nominau-
 mus: gētilis hominis attestat factam. Ex qua postea traductiones
 emanarunt: quæ usq; i hâc diē p̄seuerât: & ueritati hebraicæ qua-
 drant. Stulta est igit̄ Mahumetis fictio & turpis inuētio: nec quic-
 quā hēt uerisimile: nec tam confutatione q̄ irrisione digna. Quod
 dicimus de ueteri testamento: idē licet de nouo intueri: quod nec
 ab uno scriptum est. nec in una lingua: nec in uno loco: nec i uno
 tempore: & tamen una sentētia est & mira concordia. Quod græ-
 ci habent. hoc latini. hoc hebræi. hoc armenii. hoc oēs barbari chri-
 stum colentes: quibus heretici aliqui ad tuendos errores suos corrū-
 pere nonnullos codices ausi fuerint. Quid ages? Quid dices? Cui
 fidē adhibebis? an soli sarrhaceno? an græco? an latino? an hebrai-
 co? Multo antiquior est lex christiana q̄ sarrhacena. Misit christus
 adhuc in terris existens discipulos suos in orbē: ut prædicarēt euā-
 gelium oī creaturæ. Audita est in oī terra tuba sicut scriptum est.
 In oēm terram exiuit sonus eorū: & in fines orbis terræ uerba eorū.
 Vulgata est & recepta lex Christi per totum romanum impium:
 prius q̄ tuus legifer prodiret in lucem: & idem euangelium: quod
 nunc habemus susceperere oēs gentes: nec fuit maioribus nostris
 aut facultas corrūpendi rem adeo uulgatā aut necessitas: cum nō
 esset Mahumetes: cum quo de fide contenderat. corruptio ei ne-
 cessaria fuit: qui nouam legem edere uoluit ueteri & nouæ cōtra-
 riam. Nec dubium faciet iustus iudex: quin christiano maior fides
 adhibenda sit de Christi lege quam sarrhaceno. Ipse enim conser-
 uator est suæ legis: & manet in traditione patrum. Sarrhacenus
 ab ea recessit: & inuentiones sequitur nouas: quas sui maiores
 ignorauerunt. Euangelia apud nos quattuor recepta sunt: quæ
 summa diligentia ingenti studio & acri discussione sancti patres
 in generalibus conciliis non prius amplexi sunt: q̄ esse uerissima

AD MAHVMETEM

multis recognouerunt. Non est igitur: quod legifer tuus de corruptione sacrarum litterarum possit obiicere. De ciuitate domini: quæ est in ecclesia. Si fundamentum eius quod est euangelium: uiolari aut corrumpi potuisset: nec ueræ fuisset: quod ait propheta Baruth loquens de lege dei: Lex: quæ est in æternum: nec illud staret quod dicitur: in æternum permanet uerbum tuum: & in seculum sæculi ueritas tua: Nec Esaias uera fuisset de Christo Incutus dicens: Super solium dauid: & super regnum sedebit: ut confirmet & corroboret illud in iudicio & iusticia usque in sempiternum. Nos Gabrieli angelo credimus: qui de Christo Mariæ uirgini sic ait: Dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum. Quomodo regnat Christus in domo Dauid nisi per fidem? quomodo per fidem nisi per euangelium in æternum. Si corruptum est euangelium: mendax lingua: falsa calumnia. Ego uobiscum sum: inquit dominus usque ad consumationem sæculi. & Osee prophetæ uerba ad ecclesiam referunt. Sponsabo te mihi in fide usque in sempiternum. & ad Petrum uicarium suum inquit saluator: Tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et iterum rogauit pro te Petre: ut non deficiet fides tua. Præualuissent portæ inferi: & defecisset fides Petri: si falsum esset euangelium: quod sequimur. sed manet fides magni pastoris in ecclesia romana: quæ nunquam inuenta est errasse: neque errabit in æternum. magistra. n. est & mater omnium fidelium & disciplina ueritatis. Caue Mahumetes: caue magne princeps ne sequaris errorem Porphyrii siculi: qui tuæ legi consona dixit. Is ex christianissimo ad idola transiens: se deos consuluisse quod de Christo sentiret. & illos respondisse bonum uirum fuisse Christum: sed peccasse discipulos eius: qui diuinitatem ei attribuerunt: quam sibi ipsi nunquam arrogasset. hoc deorum testimonium est idest idolorum: quæ tu dæmonia esse non dubitas. An non intelligis fraudem? an non uides tui legiferi & dæmonum unum esse argumentum? unam collusionem: unam fallaciam: & Christo diabolum inuidere: eiusque maiestati & gloriæ detrahere? Cuius consilio atque suasu tua lex edita est euangelicæ atque Mosaicæ contraria. Dices pari modo Mosaicæ christianam legem aduersari. Nam quæ iussit Moses plurima uetat: permittens illa: quæ ipse uetuit: Ne

TVRCORVM PRINCIPEM

scis antiquæ legis archana: quæ diu grauida fuit: nouam in uetero gerens. Et cum statutum diuino consilio tempus uenit: eam peperit. Vidit Hieremias per spiritum legem hanc nouam cum ait: Ecce dies ueniet: dicit dominus: & feriam domui Israel: & domui iudæ foedus nouum non secundum pactum: quod pepigi cum patribus eorum: Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel: post dies illos dicit dominus: dabo legem meam & in uisceribus eorum: & in corde eorum scribam eam: & ero eis in deum. Nouum foedus inquit quia baptismus circumcisioni successit: & legem meam: inquit: in corde eorum scribam: quia uetus lex in tabulis lapideis fuit. Noua per caritatem in corde hominum radicata est: & ero eis in deum: quia nouæ legis auctor & promulgator christus deus & homo est. Antiquam per Mosen innotuit: tam enim hominem & eueniente perfecto euacuatum est imperfectum: nec amplius in preputio nobiscum deus: sed in corde patitur dicente apostolo. Si circumcidimini: nihil prodest christus in uobis: nec ulterius ceremoniarum legis habent locum. Venit enim ille: de quo loquitur in Deuteronomio Moses propheta de gente tua: Suscitabit tibi deus ipsum: sicut me audies: & subditur. Ponam uerba mea in ore eius: Loqueturque ad omnia uerba: quæ præcepero illi. De christo hæc prophetia est: qui locutus est ex ore dei. Quod uidelicet erat os suum: in cuius aduentu legalia & ceremoniarum desitura erant. Sicut apud Matheum scriptum est. Lex & prophetæ usque ad Iohannem prophetauerunt. Sacramenta enim: quæ ueteres obseruabant: annunciatiua erant futuri christi: quæ in eius aduentu completa cessauerunt: & alia instituta sunt uirtute maiora: & ueritate meliora: actu facilia: numero pauciora. & sicut sacerdotium mutatum est: sub cuius administratione lex erat: ita & legem mutari oportuit. Non igitur aduersa ueteri noua lex est: quæ in eius uentre conclusa erat: & adueniente christo & euangelii lucæ clarescente patefacta circumcisione & aliis ceremoniis antiquis obseruatis sicut præfinitum erat: finem imposuit. Est autem christiana lex tanto dignior quam iudaica: quanto nobilius est oraculum dei quam hominis. Cognoscis iam: nisi fallimur: ueritatem & maiestatem nostræ legis: nec utilitatem ignoras. Incipisque de tua diffidere: & ardes desiderio disputandi. Vellesque latius cuncta discutere: sed obstat legifer tuus:

AD MAHVME TEM

& inquirere uerum prohibet: & interminat: & clamat. Non est mea
 lex: quæ disputationi subiicienda sit. Caue ne quid loquaris: arma
 sunt in manu tua: dū mihi credis: multum impii adeptus es. Qui
 non audiunt uocē meā: gladio conterēdi sunt. Ensis meæ legis di
 gnitatē tuetur. In arabia ortus eius fuit ex paruo principio: quan
 tū creuerit: uides. Aegyptū meæ legi adieci: & Syriā: Mesopotami
 am: & Libyam: & Numidiam: & Mauritaniam: & partem hispaniæ:
 & diuitem Asiam: & doctam græciā: & fortē Thraciā: & nobile Ma
 cedoniā. Sunt & aliæ cōplurimæ regiones sub impio meæ legis:
 quæ armis nō uerbis quæsitæ sunt. Muliebri est uerba uerbis re
 fellere: uiri ferro decertant: si non fuisset uera lex: non dedissent su
 peri imperio nostro tantos successus. Amat nos deus & legis odorē
 sentiens gratulatur: & sternit iter uictoriis nostris. Scis quæ felici
 ter in hostes sæpe pugnauisti: & modo in ponto: & sæpe in græcia.
 En fili quid cogitas? quid moliris tot triumphis sub mea lege illu
 stratus? Christū sequeris: cuius cultores strauisti totiens: & ad in
 ternicionem usq; occidisti? Caue ne meam relinquant legem: relin
 queris a deo. Credimus his te uerbis nō parum commoueri: & aliquem
 inesse in tua mente timorem. Sed audi quod inanis est timor omnis: qui
 malū facit: inquit in euāgelio. Veritas odit lucē: fures noctu domos
 perfodiunt: & in obscuro adulteri latitant: non adhibent testes: qui pec
 cant. Nolunt deprehendi mendaces. Cum his sentit tuus legifer
 Veretur: ne disputando suæ legis uanitas inotescat. Veretur: ne pu
 denda sua detegant. Prohibet disceptari uerbis: armis defendi su
 am legem iubet: nec alium iudicem quā ferrum deposcit. Multūq;
 gloriatur de suæ legis incremento. Diximus: cur creuerit. Plebes
 uoluptas allexit. Neq; inficias imus multas tuæ gentis uictorias
 partas: & ingentia confecta bella: & tu ipse in præliis clarus euasi
 sti. Vicisti hostes non paucos: & triumphasti sæpe. fuisti tamen et
 aliquando uictus. Parua christianorū manus tuas ingentes copias
 ut ante diximus: confluentes apud Sauum & danubium paucis an
 te annis deleuit: non milites ueterani: nō duces in bellis ante pro
 bati: non uiri nobiles armis potentes & eqs: sed pauci cruce signa
 ti ex agris collecti inermes & nudi fide tantum armati ferro fulgē
 tes & auro tuos fuderunt exercitus: quod si uictoria ueritatem le

gis ostendit: hoc uno prælio satis admonebare: in quo multi fugerunt paucos. tuæ uictoriæ nihil miraculi habent: ad quas nunquã sine tuorum pergrandi prærogatiua peruentum est. Sed quid agimus. non his argumentatiõibus stat recta fides. Vici. Fudi hostes. Imperiũ teneo: si sic licet arguere: uera fuit sub Alexandro magno tot uictoriis illustrato & sub eius successoribus religio: q̄ & i græcia: & in asia: & in syria: & in ægypto: & in libya: & in persice: & in scythia: & in india regnauere imperio per arma quæsito. Vera etiã romanorum fides usq; ad priorem Constantinum: qui per orbem sibi subiicerent: & omnes domuere: quas oderunt gentes. Scimus tamen & Alexandrum: & eius hæredes: & Romanos: & qui sub eis erant: iudæis exceptis: idola coluisse: alii iouem: alii martẽ: alii mercurium: nonnulli solem & lunam & alia sydera. Multi erant etiam ut ægyptii: qui animalia bruta colebant. Quis nescit: inquit unus ex poetis: uolusi bitinice qualia demens Aegyptus portenta colat: Cocodrillon adorat: & quod stultius fuit aliũ & porros & cæpe iter numina posuerũt. Præclaræ tamẽ ægyptiorum uictoriæ memoratur sicut de Osiride proditum est: qui uictor peragrauit orbem. Ergo & deos ægyptiorum recipiemus: & ueram eorum religionem fatebimur quia uicerunt: non sic ratio suadet: neq; sic iudæi sensere: qui uicti ab Assyriis: & ab Antiocho: & a Romanis & in seruitutem ducti: non tamen uictorum legẽ de diis acceperunt: sed uicti & mille modis oppressi in sua lege manserunt. Nec nos christiani cum præliis superamur: aut aliis calamitatibus affligimur: legem nostram aut relinquimus aut accusamus: Sed arbitramur piũ deum nos tanquã filios propter peccata: quæ cõmittimus: euerberare: quia non paremus euangelio. non seruamus legem nostram. nõ manemus in traditiõibus sanctorũ patrũ. sed uicti fragilitate aberramus & labimur ut homines. Ipse uero lapsum corrigit: & plagis multis nostras iniquitates emendat. Cognoscimus errata nostra: & consyderantes quæ fecimus: minorem esse pœnam q̄ delictum nõ ignoramus. Si cadimus in bello: si amittimus regnum: si iugo seruitutis opprimimur: dicimus cum daniële propheta: Deum esse in cælo qui releuat mysteria: mutat tempora: & transfert regna: ut uniuersi cognoscant: quod dominatur excelsus i regno

AD MAHVMETEM

hominū: & cui uoluerit: dabit illud. Nouimus deum & iudæos & christianos posse cum uelit: & uoluisse aliquando alterius sectæ hominibus subiicere propter offensas populi: q̄ eum ad iracundiam prouocauit. Sed conuersi ad eum nō despamus misericordiam cōsequi. Quauis enim irascitur deus: ut inquit propheta: non tamē obliuiscitur misereri. Pius est & benignus: nec deserit clamātes ad se. Absit autem ut p̄ uictoriam meliorem esse credamus religionē uictorum. Sic enim fatendum omnes qui uicerunt hebræos melius de deo sensisse quam ipsi uicti. Quod neq; tu diceres: neq; tuus legifer: qui defensorem suæ traditionis in armis collocat: & omne genus ratiocinationis effugit. Maximū iniquitatis iudicium. non sic beatus Petrus: qui donatus a Christo dono cælesti regni clauibus & pastor constitutus gregis christiani paratum se ait: Rationē omnibus reddere de ea: quæ erat in eo: fide: nec aliter suos auditores edocuit: & beatus laurentius martyr: Mea uox: inquit nō habet obscurum: non habet: sed omnia in luce clarescunt. & in euangelio nō probat dominus eum: qui lucernam accendit: & sub modio ponit. Super candelabro eā esse uult: ut luceat oibus: qui sunt in domo: & predicari uerba sua per tecta iubet: & de seipso dicit. Ego palam loquutus sum mūdo: Deceptores & pseudo prophetæ in angulis prædicant: & uolunt: & iuramenta taciturnitatis exigunt. Sicut Romæ accidit in iis: qui bacchanalia suadebant. In occulto enim deo suo sacrificantes nullū flagitium libidinis obmittebāt. Quod si alia nō essent aduersus tuā legē iudicia: hoc unū sufficere potuit quia prohibuit eius lator: ne qs in disputatione ueniret. Sciebat enī nō æqua esse: neq; uera: quæ tradiderat. Videbat enim nouā & ueterē legē contra se stare. intuebatur philosophorum rationes sibi aduersas esse: nec sperauit in cætu hominū aut in scholis uiroꝝ excellentiū sua deliramēta posse defendi. Animaduertit homo sagax & ingeniosus in malo Gentiles: qui deos colebant: damnatos esse: & iam propemodū determinatos: nec iudicis locum esse: quorū lex translata esset. In sacerdotio ad christianos: cumque statuisset nouam legem edere: quæ sibi nomen daret: sperauit: quod euenit. Iratum deum qui Christianis suæ legis mandata transgrediebantur aduersus transgressores uictoriam concessurum. Atq; idcirco suæ

TVRCORVM PRINCIPEM

legis defensionem in armis collocavit: quam alioquin hominibus gratā propter licētiā uoluptatum nō ambigebat. Diaboli hoc fuit inuentum. antiquus suæ nequiciæ hanc uia serpens excogitauit: qui cum uidisset sese procul eiici: & christiana religione augescen- te deleri: nec amplius multitudini deorum locum esse: sed unum tantum deum adorari cum patre & spiritu sancto christū Ihesum Heradio imperante Mahumetis spiritum excitauit: eumq; sibi mi- nistrum elegit omnem ritum prius idolatram fortuna pauperem mente superbum: natione arabem: qui consilio usus quorundam Iudæorum & Christianorū peruersorum: iter quos fuit Sergius spi- ritu inflatus ambitionis legem tertiam edidit: ex ueteri & noua cō- flatam multis ineptiis extrinsecus adiectis legem diximus: quia ip- se legem uocat: nos blasphemiam potius appellabimus. Rugasti frō- tem. auertisti oculos. horruisti. turbatus es. subiratus es: dum hæc dicimus: At si ueritati amicus es: audienda ueritas est. Neque tuus legifer: si tibi amicus est: ueritatem interdicit: quæ tãto magis ami- ca est quanto salubrior: & homini ab ipsa natura conuenientior. Audi uerum: & disce: quomodo sit appellanda lex. legem dicunt esse philosophi: quod ratione præcipit. & sunt qui nihil aliud legem esse affirmant quam rectam rationem a diuino numine ductam. Quid quid igitur rationi aduersum est: legis nomine caret. At tuus legi- fer ratiocinari de sua lege prohibet: & solum arma suffragari illi uult. Non est igitur dicenda lex: nisi ex illis: quæ cōditores apud Esaiam dominus maledicit. Docet nos Dauid cognoscere legem do- mini: dum ei: quæ propria sunt: exponit. Attende: & uidebis: an ma- humetea lex de cælo sit & a lumine tracta diuino: an aliunde. Lex domini: inquit propheta: immaculata conuertens animas testimo- nium domini fidele sapiētiam præstas puulis. Immaculata est lex domini: quia mala quæq; excludit. neq; libidinē: neq; turpitudinem ullam admittit: sicut apud eundem prophetam eloquia domini casta dicuntur: & apud Iob legitur: non inuenietis in ore meo iniquita- tem: nec faucibus meis stulticia personabit. & apostolus lex sancta inquit & mādātū sanctum & iustum & bonum. At quomodo Ma- humetea lex immaculata: quæ supra & adulteria: & omnes libidi- num maculas ac fœditates admittit? Dices quia ieiunia quædam

AD MAHVMETEM

præcipit: & orationes & elimosinas. non damnamus hæc. absit: ut
 ea maledicamus. Sed inuētorem Mahumetē esse negamus: absq;
 Mahumete scribamus hæc esse bona. Ieiunauit Moses: Ieiunauit
 Helias: Ieiunauit Christus: orare & frāgere exuriēti panem suū: &
 egenos & uagos in domū inducere multo antiquius est q̄ tuæ le-
 gis inuentū. Multi nos legislatores ad opa pietatis inuitauerunt.
 uerū adulterari: fornicari: seruire uentri: & in cœno uoluptatū iace-
 re solus tuus legifer iter bona collocat: solus Mahumetes ē: q̄ tur-
 pia docet: & flagitia præcipit: quanuis hæreticoꝝ more: ut facilius
 decipiat: bona simul & mala cōmiscet. At lex: quæ domini dicit̄: ut
 iquit p̄pheta: animas cōuertit. Quomodo cōuertit ad suū creato-
 rē: ad summū bonū: ad ultimū finē. At lex Mahumetea nō cōuer-
 tit ad deū: sed auertit ab eo. Dicit eīm de? estote sancti: q̄a ego san-
 ctus sum. Mahumetes uxores inquit ducite & cōcubinas: quot pla-
 cent. Nam ego quadraginta uiroꝝ in meis lumbis uires habeo: &
 uxoribus atq; ancillis p̄miserō plurimis. Quid de testimonio fide-
 li: cū data est Mosei lex in monte sinai: fulgura & coruscationes ap-
 paruerunt: & signa de cælo quæ testimonium legi præberent. Lex
 Christi miraculis admodum multis confirmata est: dicente ipso:
 Si opera non fecissem in eis: quæ nemo alius fecit: peccatū scilicet
 infidelitatis non haberent: & propterea de ueteri & noua lege inq̄t
 dauid: Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Et in euangelio
 Marci circa finē legimus: Illi profecti prædicauerunt ubiq; domi-
 no cooperante & sermonem comprobāte sequētibus signis. At Ma-
 humetis legem quæ signa: quæ miracula probāt? Audiamus eum
 inquit: non sum missus nisi in uirtute gladii: ut q̄ non susceperit
 meā prophetiā: occidat̄: aut reddat tributū pretiū pro infidelitate
 sua. Quid hoc ē: nūquid manifeste negat se miraculorum uirtute
 carere. Et ficta falsaq; esse omnia signa demonstrat: quæ tui legis
 doctores i populis prædicant? Nō habet igitur tua lex testimoniū
 nisi in armis. Sed id non est fidele: ut ante docuimus. Ad ultimū
 transeamus: & quomodo sapientiam præstet paruulis id ē populis.
 Tua lex animaduertamus. Sapientia: ut antiqui tradiderūt: diuina-
 rum & humanarū rerū scientiam continet. Estq; admodum sapida
 & dulcis: amorē diuinitatis dū mentibus nostris instillat: propter

quod inquit psalmographus: Quā dulcia faucibus meis eloqa tua sup mel ori meo. Tua lex neq; de deo sapit: neq; de cælestibus: neq; terrena satis intelligit: quæ putet superis curæ non esse. Magna olim & florida in Alexandria philosophorū scola fuit. & multi p̄ Syriā & Asiā uiri doctissimi claruerunt: quorū nomina ad nos usq; p̄ uenerunt: & posteaquā lex Mahumetea cursum habuit: paucissimi nominātur: q̄ naturæ archana p̄scrutati excellentes euaserūt: quia non præstat sapientiam paruulis tuus propheta aut tua lex: cuius fundamentū uoluptas: & tutela gladius: Inter nos uero liberaliū artiū studia admodum florent. Legit̄ publice philosophia: & auditur in scholis theologia: nullum doctrinæ genus prætermittitur. Gymnasia litterarū in pluribus Italiæ ciuitatibus clarissima reperiunt̄: nec trās alpes in hispania: & ī Gallia: nec ī germania & ī Britānia collegia desunt uirorū excellentiū: qui sapientiā præstāt paruulis Est enim ingens christianorū cura: ut indocti erudiantur: & ueritatē itelligāt ī nostra lege: quæ nunquā mētita ē diuinitus cōpræhensam. At legifer tuus non modo mentit̄: sed leuiter sed indocte sed imprudenter sed insipide mentit̄: & sibiipsi sæpe cōtrarius est: quēadmodū suæ legis inspector plane intelliget. Innumerabiles sunt eius ineptiæ & aniles fabulæ & pueriles nugæ: de quibus libet hic pauca referre: quæ de cæteris iudiciū præbeant. Exponens Mahumetes capitulum Alchorāi: quod dicitur filiorū Israel: ī hāc sentētiam loquitur: Sit laus ei: qui seruū ab oratorio quod ē helcara ipse est domus. Mesche usque ī oratoriū sanctæ domus Hierusalē nocte una transtulit: circa quā benediximus deū: O uos homines audite: & itelligite. Cum abii a uobis: uēit Gabriel sero post psalmodiā uespertinam: Quæ ultima est: & ait: O Mahumetes iubet deus ut se adeas: Cui respōdi & ubi eum uisam? Et ait Gabriel ubi ipse est: & iumentū illico adduxit magnitudine inter asinū & mulū: Elberail uocant humanæ uocis capacē: & una nō amplius hora iter egi annorū quinquagintamilium: & ait Gabriel ascēde animal: & ito ad sanctam domū. ascendere uolentē fugiebat iumentū. At iussum stare: quia Mahumetes ascensurus esset: nūquid accersitus est inquit. Et respondente Gabriel accersitū esse: non sinā addidit: nisi pro me deum rogarit. Obtuli preces deo meo pro iumē

AD MAHVMETEM

ro: quod me insidente suavi gressu incessit ponens unguam pedis anterioris in horizonte sui visus & minori spatio quā ictus imple ret̄ oculi: ad sanctā domū pueni? Comes aderat Gabriel: qui pdu xit me ad domum sanctā in Hierusalem & uicinam rupem: dixitq; descende quoniam ex rupe in cælum ascendes: & colligato illic iu mēto portauit me humeris suis in cælum: & cum applicuissemus ad cælum mundi: & ad portas eius: pulsauit Gabriel: & quæsitum est: qui esset. Gabriel ego sum: & iterum quærenti quis tecū adest Respondit Mahumetes: & subdit Ianitor nunquid uocatus? & ait Gabriel uocatus: & aperta est porta. Vidi angelos bis genua flectē tes: orauit pro eis: & accepit me rursus Gabriel: & uexit ad secundū cælum: & fuit distantia inter cælum & cælum quantū est iter quinquaginta annorū. & sicut in primo cælo pulsatum: dicit & respon sum pari solēnitate ad septimū usq; cælum procedit æquā cælorū distantiam ponēs: & ait in septimo cælo uidisse se angelorū popu lum: & longitudinē angeli cuiusq; instar mundi fuisse & aliquorū mille uicibus extensiorē: & inter eos unū aliquē inuenisse: cuius species centena mille milia essent capita: & in quolibet capite toti dem ora: & in quolibet ore totidē linguæ: quæ septingentis mille milibus idiomatibus laudabant deū. & rursus alterū angelū offen disse: qui fleret: & quæsiuissē cām fletus: & cum ille dixisset culpas esse: orauit pro eo & addit. Tunc cōmendauit me Gabriel alii ange lo: & ille alii: donec fui in conspectu dei: & tribunal eius adhæsi: tetigitq; me manu sua deus inter humeros: & frigiditas manus eius peruenit usq; ad medullas dorsi mei. his nugis atq; deliramē tis implet Mahumetes aures populi. Sed audiamus alterā fabulā in libro: cui titulus est de doctrina Mahumetis. Duo angeli nomi nantur Arches & Marothes: quos ille asserit iussu dei in terram descendisse: ut genus hoīum regerent atq; instruerēt. Tribus mā datis acceptis. Nequaq; occiderent. alterū nequid iniuste dicerent. Tertium ne uinum biberent. Cum aliquandiu rexissent: & iam ex toto orbe ad eos iudicia deuoluerentur: Mulier quædam decenti forma & omnium pulcherrima aduersus maritum suum causam agens: iudicium ab eis petiit: atq; ut fauentes haberent indices: ut apud se prandium habeant: multis precibus inuitat. Non abnu

TVRCORVM PRINCIPEM

unt angeli. Comparatur splendidum conuiuium. epulas & pocula mulier ipsa ministrat. Apponuntur fercula multiplicia: & cum his uinum. quod cū angeli recusarent: instante sæpius muliere & multas adiiciente blandicias tandem biberunt: & ebriati uino in hospitam incaluerunt: eiusq; concubitum postularunt. Spondet mulier ea conditione ut alter eorū ascensum in cælum ostenderet: alter descensum. Placet conditio illa: ut iter didicit. mox ascendit in cælum relictis atq; irrisis angelis: quã deus re coguita inter sydera collocauit: cui lucifer est nomen: Angeli ad iudicium reuocati cathænis ferreis in puteo profundissimo religati sunt usq; in diem iudicii p̄mansuri: cum elegissent in hac potius uita: q̄ in altera plecti. hæc sapientia Mahumetis quã docet paruulos. hæc eius theologia: hæc doctrina diuinitus reuelata. Mira hominis audacia ne dicamus stulticiam seu dementiam. Quot sunt in his fabulis deridenda sopnia? Non obiurgamus iumentum uerba quando & asinam sacre litteræ locutam prodiuit: & gentiles bouem. Sed quid est quod una hora iter quinquaginta millia annorum pergitur? Metire hæc & cogita an corpori nūdum glorificato id possit accidere: quo iuit. ubi fuit. quid circuit. non adhuc cælum ascēderat. quibus in locis tantum spatii peragrauit: nec iumentum eum tulit. Quis tulit eum? unde uenit? quomodo uenit Nihil horum dicit. quid peccauerat: iumentum precibus ut egeret? cui non est lex alia nisi naturæ & illi paret? Quid ostiarius in cælo collocatus rogamie Mahumetis egebat? At non satis felix erat? fortasse altius cupiebat ascendere? tanquam non sit illic p̄fecta omniū beatitudo: & regnet adhuc ambitio. Distantiam cælorū ostendit: & sphærarū quanta sit crassitudo: demonstrat q̄ngentorū annorum iter ex cælo in cælū ponit: & parē omnium spissitudinē. Quid hoc quis credat? gentiliū fabulis simile sopniū est. Aiunt illi Dionysiorū quēdam Caidū geometriæ scientiæ nobilē in patria senectā die obisse: propinquas funus eius duxisse: ad quas pertinebat hæreditas. has cum secutis diebus iusta peragerent: inuenisse in sepulchro eius epistolam Dionysiodori nomine ad superos scriptam: quæ diceret eum a sepulchro ad infinitam peruenisse terram: essetq; illuc usq; quadraginta millia stadiorū. Nec defuerunt geometriæ ut Plynius ait: qui interpretæ

AD MAHVME TEM

trarent significare epistolā a medio terrarū orbe missam: quo deorsum a summo longissimum esset spacium: & idem pilæ medium: ex quo consecuta cōputatio est: qui circuitum pilæ id est totius pilæ ambitum ducenta quinquagintaq; milia stadiorū pronunciarēt. Sed armonica ratio: quæ cogit rerū naturā: sibi ipsi congruerūt eodem Plynio teste: addit huic stadiorū mensuræ septē milia Heraclitus huiuscemodi rerū sollertissimus indagator uniuersæ terræ ducentorū quinquaginta duorū milium stadiorū prodidit. Hipparchus paulominus xxviii. adiecit. Reperiuntur aliorū sententiæ admodum dissonæ: nec in hanc usq; diem mortali cuiquam satis exploratam credimus terræ mensurā. cuius neq; septentrionē: neq; meridiem uersus cogniti fines sunt. At tuus legifer maiora concepit aīo: qui tanq̄ cælum ascenderit: quingentorū annorū itinere distare cælum a cælo prodidit: quoniam tanta esset crassitudo sphærarū: hoc idem asseruit Raby Moses hebræus genere philosophus: qui apud ægyptios claruit. Ac philosophi: quos nostri probant: nō hoc sentiunt. nec Ptolemæus alexandrinus astronomorū facile princeps de crassitudine lunaris sphæaræ cum tua lege cōcordat: in qua iter annorū sexagintanouem & aliquorū mensium ac dierū posuit milibus passuum uiginti quinque: seu stadiis ducentis pro quolibet die cōputatis. Alii uero astronomi: qui hæc diligenter indagauerunt: sphæram solis plusq̄ sexcentis uicibus superare lunarē tradiderūt. Rursusq; martis sphæra quæ sole altior est: & longe maiorem hēt ambitū: spissitudine tamen multis uicibus superari. Improbum humanæ mentis ausum uerū ita subtili argumētatione cōprehensum ut pudeat aliquos nō credere. Plurimi hæc incerta respuunt: Tuæ legislatori fortasse credendū fuerit: non quia illic angelo bono deferente conscēderit: sed quia cum puero occiderit: quod si hac de cā fidem expetit: Credimus: alioquin cum sacra scriptura dicimus cælum sursum: & terra deorsum: & cor regis inscrutabile est. Sed alia pcurramus: angelos mundo maiores te uidisse affirmat. Eos deniq; corporeos: si mundo maiores angeli sunt. Necessarium est aliquam eorū partem extra mūdum esse. At philosophi mundi circumflexu omnia contineri dicunt: neq; quicq̄ exterius esse. Tuus legifer: quando aliquid solito plus abbibit: sopore deditus quid

quid sopniauit. pro uero rettulit: & oīa sibi licere putauit: quo errore & angelos corporeos & peccare & egere uenia & se rogasse pro eis dixit. Simili sopnolētia tactum se sup humeros affirmauit manu dei: cuius gelu ad dorsi medullas penetrauerit: quæ oīa supius cōfutata sunt: quid illud patiēter audiat: quod angeli dei uino inebriati specie mulieris decepti cōcubitū eius appetierunt: quæ iter cæli edocta ad conspectū magni dei p̄uenerunt: & honore accepto inter astra locū obtinuerunt. angeli p̄enas dederunt. atq; idcirco uinum hoī interdictū: qui tanti mali cā fuerit? Cōmemorat tuus legifer hæc: & tanq̄ ex penu dei recepta hoibus inculcat. Vide quā grauiter: q̄ uero: q̄ perite loquitur poetarū figmenta quæ pueris leguntur: inter archana legis inserit. Pueri nostri non sine risu audiunt: cur raptæ in cælum fœminæ referūtur: & in astra cōmutatæ: quæ maior & minor ur̄sa uocantur. Pigri circa sarrhaca bootæ lucentes. Credimus pro tua sapientia te iam paruifacere atq; contēnere tuæ legis figmenta. Sed miraris uā hementer: quod in dies aliqui relicto dogmate christiano ad tuum migrant: & asserentes iniquā nostram legem amplexi tuam: circuncidunt: & tuis initiantur sacris. & qui trinitatem prædicabant: nunc detestantur. & qui Christum cruci affixum colebant & laudabant: nunc derident. Sūt qui hoc agunt: non dubitamus. Sed quinam hoīes? aut libidinis serui: aut ambitionis: & quibus nullus erat locus in nostra lege: scripti a nobis & eiecti tanq̄ uilia & inutilia mancipia ad te trāsierunt: nec tamen illos inextinguibilis conscientiæ uermis rodere cessat. Quod si posses eorū introspicere corda: itelligeres proculdubio eos aut uitæ futuræ sp̄e nullā habere: aut admodū esse anxios quia fontem aquæ uiuæ relinquerunt Christū Iesum: & nesciunt quo pacto redeant maius suum peccatum existimantes: q̄ dei misericordiam. Sed quid miraris? Si ad opes consequendas: ad uoluptates exhauriendas non nulli tuæ legi se subiciunt? non est hoc nouum neque dignum admiratione. Idem quoq; & Sarrhaceni faciunt: qui sæpe ad uos migrant. Illud est memorabile. Illud stupēdum. Illud magnopere celebrandum: quod tot milia populorum Christiano insignita nomine: sub tuo imperio degunt. grauia tributa pendunt. nunc liberis priuantur. nunc coniugibus op

AD MAHVMETEM

opprimunt. durissima seruitute lacerant. Vexantur mille modis. nec tamen christianæ legi renūciant. Quod si tuam accipent: mitius ferrent impium: fierent liberi: honores & opes sperare possent. Sed malunt tollerare seruitutis iugum: & in squallore ac miseria uiuere: quàm Christum negare. Hoc stupendum est & diuinū opus: & quod te præcipue mouere debet: non quod pauci ab nostra lege aberrent: sed quod tā multi in ea perseuerent: & tāta sit uel in aduersis cōstantia: miraculū est. facit hoc bonitas legis & securitas æternæ gloriæ: quā nemo sapiens præsentī postposuit. Quid tu hic dicēs? Quod contra hiscere aut mutire poteris? Vera est christiana lex ex utero recepta Mosaicæ ex prophetis: ex diuinis oraculis Deus auctor eius est: filius dei eam tradidit: ex ore dei manifestata est. Pura est & nitida & imaculata & sancta & perfecta ex omni parte. nullam hēt rugam. nusquā deficit. nusquā claudicat. in ea qui quærit: inuenit. qui petit accipit: & pulsanti aperiet. Ipsa est fons clæmentiae: iusticiæ culmen: pietatis speculum: mansuetudinis & misericordiae plena: pro ea martyres innumerabiles sunt occisi. Senes: iuuenes: pueri: matronæ uiduæ: uirgines: inuptæ: puellæ crudelia carnicum non expauere tormenta. Scientes beatos esse mortuos: qui moriunt in domino. Permittimus signa & prodigia: quæ certitudinem christianæ legis ostentant. Quis uiros cōmemorare queat & christiano genere diuini & humani iuris excellentissimos profefores uera mundi lumina scientiæ fontes: qui usque ad mortē in fide Christi perseuerantes præclara uolumina ediderunt: quæ tanquàm sydera quædam doctrinæ humanas leges illustrant. Et quænam uel lo in loco lex est: quæ alterum habeat Augustinum: alterū Hieronymum: alterum Ambrosium: alter Gregorium. & ne græcos prætereamus: quem religiosum uirum unquā habuit: qui Origeni comparari possit: quāuis hic in plærisque locis errauerit? Quis Iohanni chrisostomo exæquabitur? quis magno Basilio? quis Cyrillo? quis Eusebio? quis Gregorio nazianzeno? non sufficeret dies: si numerare pergimus illustres nostræ legis doctores siue uiuos: siue mortuos quibus non sunt mortui: sed nunc maxime uiuunt: & tanquàm stellæ in firmamêto lucent: qui fidē sacratissimæ trinitatis elucidarunt. Quid dicemus de religiosis domibus: in quibus ægelica ducit

TVRCORVM PRINCIPEM

uita: & assidue pro peccatoribus effūdunt preces domino: nec unquā cessant laudes ac psalmodiæ. Benedictus Misienfis apud nos multorum monachorum doctor & pater extitit. apud græcos magnus Basilus: secuti sunt Bernardus abbas clareuallis: & Bruno: qui Cartusiam instituit. Quotidie sanctorum uirorum apud nos augetur numerus. ædificantur sancta monasteria, renouantur sancta instituta. Quos fructus edidit seraphicus Franciscus: eximius paupertatis amator in umbria: quæ est Italiæ pars: natus. quot eum discipuli secuti sunt, quot sub eius regula sanctissimi uiri floruerunt. Antonius pataui iacet miraculis clarus. Bernardinus senensis in aqila: quem nostra ætas quasi alter Paulum prædicantem audiuit. Nicolai Iiritani extant opa: quæ oēs admirantur. Dominicus in extremis Hispaniæ natus oris quasi alius uesper emicuit: quod nouum quendam sanctum & nitidum uiuendi morem suis auditoribus tradidit: & prædicatorum instituta regula uniuersum lustrauit orbem. Multi ex discipulis eius clarissimi euaserunt. Sed præcipua est magni Alberti fama: qui nullum doctrinæ genus ignorasse creditus est: nec minor eo Thomas aquinas fuit in litteris: & si maior extitit in sanctitate: claruit & nostro sæculo sub eadem regula Vincentius hispanus: quem noster antecessor inter sanctos christi cōfessores rettulit: & in ordine diuini Augustini Nicolaus Tholétinas: paulo ante inter cælestia relatus sanctorum agmina. Noua in dies prole florescit nostra religio. Quod si non desunt et cōciliatores uiri sancti deo accepti: & uirgines immaculatæ precibus assiduis diuinam iram auertentes. nec timemus diuinam deesse protectionem tantis adiuti patrociniis. Tu ergo princeps nobilis: quod non es rationis incapax neque ingenii obtusi: collige quæ diximus: & cōserua in mente tua: & cōsule tibi & tuæ genti: & noli esse incredulus sed fidelis. Relique tenebras: & lucem sequere. Intellegis quo pede claudicat tua lex: & quantis scatet erroribus: & quod procul a ueritate recedit: & quod non est in ea salus: nouæ & antiquæ legis inimica. Intellegis quod solida est euāgelica doctrina: quod uera: quod sancta: quod munda & immaculata. & quæ tandem iter in cælum ostendit & non alia. Intellegis: si uerba nostra memoriæ tenes: quod trinitas in unitate: & unitas in trinitate colenda est: neque altera cōtradicit alteri. Intellegis quoniam modo pater filium æqualem sibi genuit: & quo

AD DVCEM

modo a patre & filio sanctus procedit spiritus: quod est caritas & amor. Et simul colendus est: & deus est: & quod filius pro nostra salute incarnatus mortem tulit: & spoliato inferno tertia die resurgens quadraginta diebus cum discipulis conuersatus ascendit in caelum: sedetque ad dexteram patris uenturus in fine saeculi iudicare uiuos & mortuos: quo facto mali perpetui poenam ignis subibunt: boni aeternam beatitudinem consequentur: non in carnalibus desiderijs non in cubilibus aut in pudicijs: sed in dulcedine mentis & caritate christi: quae superat omnem sensum. Ante omnia uero monstratum est non posse te assequi inter Christianos gloriam & potentiam: quam uideris optare maxime apud europaeos & occidentales populos: dum tua in secula perseueraris. Quod si uelles christianis initiari sacris: magnam tibi spem fecimus & potentiae & gloriae. Memento igitur uerborum nostrorum: & accipe fidele consilium. Sume baptismum Christi & lauacrum sancti spiritus. Amplectere sacrosanctum euangelium: & illi te totum committe. sic tuam animam lucrifacies. sic tuorum populo bene consulere. sic tuae cogitationes adimpleri poterunt. sic tuum nomen in saecula celebrabitur. sic te omnis Italia: omnis Europa demirabitur. sic latinae te litterae: sic graecae: sic hebraicae: sic arabicae: sic omnes barbarae celebrabunt. sic nulla aetas de tuis laudibus conticescet. sic pacis auctor & fundator quietis appellaberis. sic te turci animarum suarum repertorem & christiani suae uitae conseruatorem uocabunt: Syrii: aegyptii: libyae: & arabes & quaecumque sunt aliae gentes extra Christi caulas aut his auditis tuam uiam sequentur: aut tuis christianis armis paruo negotio domabuntur. Et si noluerint se tuum socium in nostra lege habere: experiuntur dominum in sua. Nos te iuuabimus & omnium eorum assistente diuina gratia legitimum principem. Haec sunt: quae tibi cum baptismo praemia promittuntur. his te bonis diuina pietas proculdubio cumulabit obsequentem euangelio. Quod si respueris consilia nostra: peribit tanquam fumus tua gloria: & tu more hominum reuersus in cinerem: totus moriere.

Pii Secundi Pont. Max. Ad nobilem uirum Pasquale Malipperium ducte: & consilium rogatorium ciuitatis Venetiae epistola octaua

Ius Episcopus seruus seruoꝝ dei Dilectis filiis Nobili uiro Pasquali Malippærio Duci: & consilio rogatoꝝ Ciuitatis Venetiæ salutē & apostolicā benedictionē. Romæ cū essemus: promiserunt nobis oratores uestri: cum primū hic constitueremur: legationē uestram affuturā. Idem litteræ uestre ad nos & alios missæ sæpius affirmāt. At tertium Mantuæ iam agimus mensem: & nemo uestro noīe apparet. Scripsimus. nuncium misimus diuersis uos modis excitare conati sumus: ut legatio uestra quæ primū ueniret. Frustra oīa cesserūt. Adsunt hic oratores oīum ferme nationū. Rogāt: ut rem aggrediamur: pro qua cōuenimus: Cœpissimus iam pluribus diebus tractare: si affuissent uestri. Nō adsunt: nec scimus: cur tā diu differant. Si ageremus de aliquo nostro cōmodo: aut de aliqua re: quæ uos non tangeret: non miraremur: Neq; n. aliena curare hoīes solent. At nunc uestra res agit. Libertas & oīs status uester in piculo est: nisi Turcoꝝ conatibus obuietur. Albani fessi sunt. Pelopōnenses uiribus exhausti: Rasciani & Bosnenses ad turcos defecere. Soli hungari arma tenent. hostibus resistunt. Verū hi quoq; paulatim deficiunt. Sunt inter se diuisi & multis belloꝝ calamitatibus afflicti: nisi adiuuentur: perseuerare non possunt. si succūbunt: aut aliquas cū hoste cōditiones accipiunt: uos primi estis: quos arma turcoꝝ arripiant. in uos oīs hostium impetus casurus est. uec uos fœdera iuuabunt nec pacta: fides infidelē hostem tenebit: non latent ista uos. Cur ergo dissimulatis? cur oratores nō mittitis? Sūt: qui uos excusant: quia timetis mittere priusq; res huius cōuentus solidæ sint. ue si deficient conatus nostri: uos pœnas detis: qui ad nos miseritis. En aīum reip. quæ ad romanum Pontificem legatos mittere nō audet. & ubi uestra magnanimitas? ubi altum cor? ubi memoria reꝝ: quas uestri progenitores pro religione magnifice gesserunt? Siccine pigitis? quāto maiores ditiores potētiores facti: tanto remissius fidē christianā tuemini. Non meruit hoc de uobis Christus deus uester & noster: q; uobis prospitatem magnā usq; in hanc diem largitus ē. Gratos uos esse deceret & attentissimos ad iuuandā religionē. Nō excusat hic timor uester. norunt oēs q̄tum ualetis. nec dubitant:

uos: si uelitis: solos sufficere ad expellendos Europa turcos. Quanto magis aīo pleni esse debetis: cum sedes apostolica uobiscum sit cum Hungari arma conferant. cum Cathelani: cum Siculi: Burgū di: Sabbaudienses: Mediolanenses: Ferrarienses: Florentini: & oīs ferme Italia auxilia polliceat. An non isti sufficiunt uestris iuncti armis turcos delere. Dicetis nō nobis cōstare de tot auxiliis. non constat: quia nō mittitis: nec uultis cognoscere quid alii offerant. neq; cognosci qd offeratis. Loquimur uobiscum apte: ut in tanta re decet. Dolemus uestri cā. uidemus in negotio hoc non parū honori uestro derogatū iri. Dileximus semp̄ rep. uestrā & diligimus & si q aliter uobis suadet: mendaces sunt. neq; uos neq; nos amāt quærentes dissidia & publica mala: hostes ueritatis & christianæ fidei p̄secutores. Nos nunq̄ cogitauimus aliqua: quæ reip. uestræ aduersa essent. Sed statū & gloriam uestram magnificare quæsiuimus: & quærimus uobis uolentibus: sed impeditis uoluntatē nostram tā diu tardantes ad nos mittere: cum nulla subsit excusatio legitima. & enim: si ut aliq aiunt: oratores uestri differunt: donec melior efficiatur Mātuanus aer: nimix sunt deliciae uestrorum ciuium: qui illa præferre nequeunt: quæ senex patit̄ Romanus pontifex. quæ debiles Cardinales tollerant. quæ nobilis dux cliuentis: & tot regum & principū oratores paruifaciunt: ut reip. consulant. Male res habent: quando in ciuitate non sunt qui pro cōmuni utilitate mortē subire parati sunt. & quō ibunt ad bellum pro tutela fidei: qui Mantuā intrare formidant. Credite uiri ueneti: q̄ prudentes estis: & uerba cogitationesq; hoīum et absentium pensitare soletis: non desunt multi: qui nomini uestro detrahunt. Alii uos pluris Turcos q̄ christianos facere dicunt. Alii uos solū mercimonia curare: & opes ac lucra mundana quærere: fidem & religionē paruipendere murmurant. Dolemus de uobis & uestra potenti ac nobili rep. uulgari. Excusamus uos quantū ualemus. At ultra uestrā mittendi huc morā ferre non possumus. Vocauimus oēs potentatus Italiæ. Adsunt ex regno Siciliae legati. Filius ducis sabbaudiæ prope diem aderit. Duces Mediolani & Mutinæ: uti confidimus: intra octo dies uel decem aderunt. Idem putamus de oratoribus Florentinorū: solum de uestris dubii sumus. At cum uelimus sine

VENETORVM

ulteriori mora in Kalēdis septembris proximi negotia pro quibus uenimus:aggredi:& illis finē impōere:hortamur uos: ne amplius legationem uestram suspendere uelitis.Sed mittite cū pleno mandato:& facite ut bonos decet christianos. Imitemini progenitores uestros:qui magnas sæpe classes armarunt pro testamento dei:& magnas ex hoste uictorias reportarunt. Si miseritis:& ea facietis: quæ de uestra deuotione confidimus:inuenietis Pium Pontificem non minus rei uestræ affectum:quam aliquis unquam fuerit prædecessorum nostrorum. Inuenietis nos ardentēs in hoc turcorum negotio,inuenietis præfulem: qui uestræ gloriæ: uestriq; commo di procurator erit:nec unquam uos deseret. Quod si negligetis: nostrisq; uocibus resistetis quanuis inuenti: cogemur tamen in hoc conuentu resistantiam uestram accusare: atq; in medium adduce re & præterita & præsentia Ipse etiam conuentus quin & ipse ma ximus atq; optimus deus inter nos & uos iudicabit. Cognoscetq; omnes gentes:omnes tribus & linguæ:quia per nos nō stetit:quo minus religioni & fidei christianæ turcorum insultus patienti be ne & salubriter consuleretur.Et uos fortasse auxilia: quæ nūc sper nere uidemini:ultra requiretis:neque inuenietis. Quod deus pro sua summa pietate dignetur auertere:& in cor uestrum ponere. ut progenitorum-uestrorum uestigiis inhærētes ea faciatis:quæ nos cupimus: & quæ ifelices hungari & alii christiani turcis uicini ere ctis in cælū manibus ex uobis petunt.Datum Mantuæ anno icar nationis dominicæ,Mcccclix Octauo Kalendas Septembris.Ponti ficatus nostri Anno primo.

Quæ suprascripta sunt: nos ipsi dictauimus: ut intelligeretis no bis esse cordi:quod requiritur.Si obedietis ecclesiæ matri uestræ: addetur gratia capiti uestro:& torques collo uestro. Si minus: co gemur in hoc celebri conuentu prouidere ne quid detrimenti res publica christiana per uestram uel contumaciam uel negligentia patiatur.

Pii Secūdi pont. Max.epistola nona ad Fredericū imperatorē ei sua dens ut officium capitaneatus sibi commissum potius impartiaſ Albertho Marchioni brandeburgensi:quā alteri.

AD IMPERATOREM FREDERICVM

Ius episcopus seruus seruoꝝ dei Carissimo ī christo filio
 Frederico Ro. Impatori Augusto salutem & apostolicam
 benedictionem. Occupationibus impliciti ppetuis ac diffi-
 cillimis nō tamen grauamur ad te scribere: cuius memoria nobis
 dulcissima est: ut cuius extant ī nos immortalia beneficia: & ingra-
 tissimi essemus: si tuis puocati litteris nō rescriberēus. Quæris ex
 nobis quo modo te habere debeas circa officium capitaneatus tibi
 commissum: nō ē nostrum Mineruā instruere. Tu ipse optiē nosti:
 quæ dignitati incumbant tuæ: & necessitatem fidei uides: & peri-
 culū: in quo est christiana religio: non ignoras. Vtere ingenio tuo:
 & omni arte nitere: ut nomini & auctoritati tuæ satisfacias. habes
 consiliarios uiros prudentes. utere eoꝝ consiliis. Erit apud te lega-
 tus noster Bessarion Cardinalis nicænus non rudis homo. Ipsius
 quoq; uocē audire poteris: triplex cura urgere te debet: Prima ut
 pacem nationis tuæ perquiras. Secunda ut cum Hungaris uel pa-
 ce uel indutiis recōcilies. Tertia ut exercitus cogat̃ q̃ maior fieri
 potest. His actis expeditū ad reliqua patebit iter. De subrogando
 capitaneo: qui tuas uices impleat: si quæras iudiciū nostrum: multi:
 ut nobis uidetur: apti sunt huic muneri in tua natione. Est Alber-
 / thus germanus tuus. ē Fredericus comes palatiū. est Vilhelmus
 dux Saxoniae. est Lodouicus dux bouariae. est Alberthus marchio
 brandeburgēsis. est & Carolus badensis. Omnes hi digni sunt no-
 stro arbitratu. Verū experientia rerum ætas: auctoritas: sollertia:
 / felicitas quoque apud Alberthum marchionem maior esse uideť
 & nos in hunc inclinamur magis. Si quid tamen tibi aliter uideť:
 conquiescemus iudicio tuo. nulla nos urget ratio nisi christi cari-
 tas & fidei defensio. Poteris cum legato nostro conferre aut nobis
 rescribere. In omnem euentum scias nos tuū in hac parte iudiciū
 secuturos & missuros uexilla ecclesiae cui uolueris. Tātū fac: ut ma-
 gno animo res sumatur in manus & executioni detur. Sic euim de-
 / us te & filiū tuū Maximilianum: quē filiū nostrū existimamus: fe-
 licitabit: & in hoc: & in alio sæculo bona tuæ mansuetudini tribu-
 / et. Quæ acta sunt hactenus per Cardinalem sancti Angeli in tuā
 molestiam: nobis quoq; molesta fuerunt. Scripsimus ei sæpe nu-
 mero: & actiones suas repræhēdimus. nosti hominem. Non ē: qui

Bessarion Card. Nicænus
 ratus.

Maximilianus.

AD DVCEM MUTINAE

facile sua sententia dimoueatur: tollerandus est potius quã irritã /
 dus. Paulatim melius dissoluetur nodus: quã truncabitur. habet
 auctoritatem in regno Hungariæ & iter Cardinales habet amicos:
 & fama eius celebris est tota Italia. Si eum modo reuocãremus: ti
 memus scandalum. Hungari fortasse aliquod insigne malum mo
 lirent: & ipse indignatus posset accedere ad nouitates. nec deessent
 qui dicerent nos colludere in facto Turcorum & mentem habere
 non rectã: & nos tuarũ ptium fautores asseuerarẽt. Tutius est tol
 lerare ad tempus & puidere ne noceat. Misimus Nicenũ Germa /
 niã legatũ: qui temperabit omnia: & tibi assistet: & illi non erit fa
 cultas nocẽdi: quanuis putamus: neq; nocendi illi uoluntas ẽ: qui
 alioquin te diligit: in hac re hungari ea tecum dissentit. Credito no
 bis: Nõ expedit modo eum reuocare: Sed cogitabimus i tempore
 quid rebus cõducatur: & studebimus honori tuo: neq; permittemus
 tibi nocumẽtũ fieri. Vale. & persuade tibi habere pontificem: qui
 tui & tuorum curam gerat. Datũ Senis die vi. Februarii. Mcccclx.
 manu propria & raptim.

Pii Secundi: pont. Max. epistola decima ad ducem Mutinæ eũ incre
 pans & mandans sub excõmunicationis pœna ut assignet procura
 toribus apostolicis facultatem exigendarum decimarũ uigesimarũ
 & trigesimalũ in omnibus locis suæ diciõis & territorii.

IVS Episcopus seruus seruorũ dei Dilecto filio Borsio du
 ci Mutinæ ac Ferrariæ p sancta Romana ecclesia i tẽpora
 libus Vicario salutẽ & apostolicã benedictionẽ. Nunq̃ fo
 re putauimus: ut ea nos scribere oporteret: quæ cẽsurã aut obiur
 gationẽ in te aliquã præ se ferrent: nam cũ baptisimi gratia & chri
 stianus character filiũ te nobis fecerit: Ferrariẽsis uero uicariatus
 subditum præbuerit: prius stellas: ut ita loquamur: e cælo casuras
 quodammodo: & ælementa quæq; confusum iri credidimus: quã
 te superbiã spiritũ assumentem aduersus matrem tuam Ro. eccle
 siam posse recalcitrare. Huc accesserant blandissima uerba: quæ tũ
 per oratores: tum p te ipsum ad nos sæpenumero habuisti: inq; omne
 reuerentiã & subiectiõem pollicebaris. Vultum alacrem ac
 iucũdũ præferẽs: sed facis lõge aliter: quã putauimus: nec tuæ uel

dignitati uel nobilitati respondes. fefellisti spem nostram. & iudicium: quod multi de te fecerunt: erroneū ostendisti. Cum dolore ista referimus: ingrātū te deo exhibes: qui te maximis & singularibus dōis ac gratus cumulauit. Indigna refers ecclesiæ romæ præmia: quæ tibi nobilē & prædiuitē prīcipatum commisit. Cōtemnis matrem tuā. & aduersus fratres tuos præparas scandalū. Rebelliōis erigis cornua. & illū imitari uelle uideris: qui ait: Ponā sedē meā ab aquilone: & ero similis altissimo. Nā quid aliud ē Romāi Pōtificis mandata cōtēnere: quam nullū uelle in terris superiorē habere? Dices quid commerui? quid egi? quid peccaui? in quo superbia mea ostensa ē? Multa & magna sunt fili: quæ tuā cōtumaciā & rebellio- nem ostendunt. Omittimus quāta molitus es ī Franciscum olim Ferrariensis ecclesiæ præfulem: quem diu contra iussiōes nostras longe a plebe sua remotum tenuisti. fructibus spoliasti. contumeliosus affecisti. Et quanuis postea prouentus sibi restitui iusseris: mille tamen aureos penes te conseruasti: & in hanc usque diem cōseruas. Nec iubentibus nobis: ut redderes: paruisti. Omittimus: quā fecisti resistantiam: priusquā dilecto filio Laurentio rouarellæ nunc electo Ferrariensi possessionem traderes eorum beneficiorū: quæ sibi per obitum Iohānis aurispæ uacantia contulimus. Omittimus? alia multa: quæ longum esset enumerare: in quibus mandatorum nostrorū te contemptorem præstitisti. Ad ea transimus: quæ ad cōuentum pertinent mantuanum. Non ibi de finibus regundis: non de termino moto: non de aqua pluuia arcenda: nō de sepulchro uiolato: sed de religione seruāda: de tuēda fide catholica: de protectione christiani nominis: de salute omnium fidelium agebat. Aduersus impios turcos auxilia quærebant: qui sacrosanctū euangelium euertere nitunt: qui iam non ex Asia solum & Africa: sed ex Græcia quoq; christi legem eliminarunt: Et nunc Hungariam inuadētes ad Italiam petunt aditum: ut per oēm Europam Mahumeteas spurcicias inferre possint. Rogauimus ne te iuuenem ac ualidum eo proficisci pigeret: quo nos senes ac ualitudinarii pergemus. Ne ue breuissimo grauareris itinere: cum nos longū ac difficile haud ægre peregissemus. Respondisti te uenturū: si posses. Cumq; iam multi ex orbe christiani confluxissent: & dilectus filius Franciscus

Mediolanensium Dux & oratores regis Siciliae: Venetorum: Florentinorum: ac ferme ex tota Italia legationes adessent: adhortati sumus ne proferres aduentum. Rescripsisti propediem te affuturum. Sed rogatus monitusq; iterum atq; iterum: ut uerbis facta coniungeres cum excusatione aliam praetendere non posses: ad uaticinia confugisti ac Genethliacos: & astrologorum inspectores in medium adduxisti: qui magnum tibi malum impendere uaticinabant: si Mantuam intra praefinitum quoddam tempus ingredereris. Benigna profecto sidera quae tibi & fugienda portederent. Increpauimus te litteris ac nunciis: qui uana sequeris astronomorum iudicia: & anilibus crederes deliramentis. Teq; rursus euocauimus. Contempsisti monita nostra: neq; paternis instructionibus praebere aures dignatus es. Sed dum nos Mantuae legationes orientis & occidentis audimus. dum principum qui adsunt: consilia exquirimus. dum interdiu noctuq; christianae rei negotia tractamus: & omni conatu saluare christianam plebem studemus: Tu Ferraria egressus quanuis aegrotum simulas: Iuuentute circumdatus: Padum tamen transis: & in Emyliam profectus totos dies in agris aut feras: aut aues agitas: & modo equorum cursu: modo sagipta cum aequalibus cotedis: neq; tectum nisi cum tenebris subis. Sic te reipu. studiosum: Sic te religionis & communis boni amorem ostendis: Ne tamen conuentum christiani orbis prorsus negligere uidereris. Oratores misisti praestantes uiros: qui tuum munus explerent: his mandatum dedisti: siue ut aiunt: procuratorium amplissimum: quo te ad trecenta usq; millia auri nummum obligari posse uoluisti: cum res in consultationem uenissent: uisumq; omnibus esset ad bellum contra Turcos gerendum magnam uim pecuniae esse necessariam. Placuit maiori parti Italorum: qui aderat: clericos per omnem Italiam decimas fructuum & reddituum suorum beneficiorum: Iudaeos uigesimas omnium quae optinerent bonorum: Principes uero saeculares & oes laicos trigesimas quoruncunq; prouentum in tempore a nobis praescribendo in hoc tam sanctum tamq; pium & necessarium opus conferre: Qui secus ageret: Anathemate ferirentur. Scripserunt decretum Principes & legati: qui affuerunt: paucis exceptis. Inter subscribentes etiam oratores tui reperti sunt: his peractis significasti nobis te periculum euasisse. Iam enim

exitialis hora præterisset: & astra suum te saluo p̄gissent cursum
 teq; uenturum q̄ primum uellemus. Respōdimus affuturos prope
 diem ex Germania nobiles principes Sigismundum Austriæ ducē
 Albertum brandeburgensem: & Carolum badensem marchiones:
 Cupere nos ut cum eis concurreres. Declinasti mox semitam: & p̄
 missum pro tuo iudicio interpretatus. Excusationes longe quæsi
 tas attulisti. spreuisti nos. & aduentum prorsus denegasti: hæc feci
 sti & siluimus. putauimus te correcturum mutaturq; mores. Et
 quoniam per oratores magna promiseras: uerbis & scriptis fidem
 habuimus. Certa & stabilia eē arbitrati: quæ princeps nobilis affir
 masset. Dissoluto mantuano conuentu cum occurrisses nobis in
 Pado flumie: nosq; tua in nauī Bucinatoria excepisses: exposuimus
 quæ Mantuæ gesta erant de trigessimis uigesimis ac decimis: &
 an rata esse uelles: quæ tui procuratores egissent: p̄cūctati sumus.
 Cum respondisses placere tibi oīa. Iussimus ut & ipse decretū sub
 scriberes: paruisti: & pro tua consuetudine magnificis uerbis usus
 es: quæ nos & duos: quos accersiueramus: sancti Laurentii in luci
 na: & sancti Marci cardinales: mirum in modum recrearunt. Credi
 dimus uerba tua ex mente prodire: neq; labia cordi esse aduersa
 putauimus. spe pleni & animo læto a te recessimus. Cum Senas
 applicuissimus: & hic aliq̄ diu ualitudinis curandæ gratia remora
 ri statuissimus: procuratores & collectores uiros bonos elegimus
 qui apud ferrariam & in reliqua ditioe tua Decimas uigesimas
 & trigemas exigerent: eisq; litteras apostolicas & facultates in
 eam rem necessarias transmisiimus. Tibiq; scripsimus ad executo
 ris officium demandatum fauori atq; auxilio esses. Requisitus ab
 eis ut apostolicos apices publicari: & executioni mandari permit
 teres. Dixisti nolle te primum uideri: qui hoc opus inciperes. Inter
 principes Italiae primum esse Ferdinandum Siciliae regem. Alterq;
 Franciscum Mediolani ducem: ex in tertio loco succedere secuturū
 illorum exempla. Ea cum accepissimus: admirati rei nouitatē rur
 sus ad te scripsimus: teq; paterne & summa cum caritate monui
 mus: ne his dilationibus ac technis uterere: neue conditiones in
 obseruatione requireres. Iussimusque ut procuratores ipsi iterum
 te accederent: teq; hortarentur. ne tam pio operi moras neçteres.

Hi cum te non facile adire possent: nec eis tui copiam faceres: aulicos tuos conuenere: & p̄ internuncios: quibus oīa credis: de nostra te uoluntate certiozem fecere. Et hoc deniq; responsum de tuo imperio acceperunt. Te scilicet nullo modo passurū mandatorū nostrorum executionem: nisi posteaq̄ constiterit Siciliae regem: Venetorum & Mediolanensium duces: ac Florentinorū magistratum Matuanæ deliberationi satisfecisse. Illis aut̄ parentibus te quoq; pariturum: nisi aliud noui emerferit impedimenti. Nam cōditionem hanc oīa tua promissa continent. Sic. n. schola ferrariensis admonet: in qua ut tuis utamur uerbis: quidquid ignoratur: nusq̄ scit: sic tua dilatio post diutinam deliberationē procuratoribus nostris responderi mādauit. Non uis esse primus: qui reipublicæ christianæ opem feras? sed primum iueniri inter omnes: qui auxilia fidei catholice negauit: neq; recusas: neq; iudæorum putas. Sic desyderio nostro respondes. sic superioris & domini tui iussibus pares. sic promissa custodis. sic magnificis & amplissimis uerbis tuis satisfacis. Ferremus hæc patienter: si nos tantummodo lederes. At cum tua rebellio dei offensio sit & totius christianitatis ruina: nam tuo iniquo exemplo multi mouentur. ulterius tamen tuam contumaciam tollerare non possumus: nisi tecum diuinam contemnere maiestatem & rempublicam perdere uelimus. Publica est enim causa & diuina: cui te opponis. & dum nobis resistis: dei uoluntati atq; ordinationi resistis. Impius es: qui religioni te obicem facis. In iustus: qui promissa rescidis. Infidelis: qui fidei denegas auxilium. Nam quid nos petimus: nisi ut religioni christianæ opem feras? Quid rogamus? nisi ut promisso facias satis? Quid uolumus? nisi ut fidei Orthodoxæ non desis? Contra nefarios Turcos: qui nomen Christi delere nituntur auxilia tua requirimus. Dicis forsitan non sufficient pecuniæ meæ. Verum est id quidem nō sufficient. sed alii quoq; argentum conferent. Incipiant alii subiicis. reipub. nihil interest. Tu incipias an alius? At tua magna laus est: si prior omnium tam sancto operi manum imponis: quæres qd si alii nō sequantur? Minime hoc putandum est: quāuis eo casu & aiæ tuæ & gloriæ consultum erit. & pecunia non peribit. Neque enim ex territorio extrahetur aurum: nisi postea quam constiterit & in tuo

AD DVCEM

& in aliorum dominio tantam pecuniarum uim collectā esse: quæ ad ferenda Hungaris auxilia sufficiat. neq; argentū exponeretur sine oratorum consilio & tuorum: qui penes nos fuerint. Neq; mā tuani forma decreti mutabitur. Quid igitur resistis fili? quid rebellas? quid fidem frangis & iusiurandū? An non intelligis quod moliris malum? in quo religionem periculo ponis? si te alii imitantur: actum est de christiana fide: nemo resistet hostibus. Turcorum omnes erimus præda: & Mahumeti seruire cogetur euangelica lex. Nos & si te alioquin diligim? in hoc non diligimus. iniqua est respōsio tua: iniusta: indigna: arrogans: perniciofa: detestabilis: & prorsus reiicienda. Nec nos sustinere ultra decet iniquas operationes tuas. Deo enim magis quā tibi placere debemus. & cum tu deum contempnas: nos deo seruire oportet. Non sunt ferendi qui suo exemplo alios inficiūt: aduersus quos: si non profunt monitiones in caritate factæ: spiritualem uibrare gladium necesse ē: atque his armis uti: quæ nobis iustus & misericors deus contra rebelles largitus est: & quibus usus cōstat beatos apostolos Petrum & Paulum: illum aduersus Ananiam & Saphiram. Istū cōtra corinthū. Arguimus te sæpe ueluti filium monitiōes nostræ caritatis & beniuolentiæ plenæ pluribus te uicibus interpolarunt: nihil proferimus. neglexisti & contempsisti uerba nostra. asperior ac rebellior emerfisti. iam non est cur te ultra feramus. nihil resipis. nec spes est te resipiscere: nisi censuris ac pœnis utamur. Nam quem lenitas iudicis & mansuetudo non flectit: æquum est: ut seueritas & censurarum coerceat rigor. Dices inique nos agere: & ingratos esse: qui aduersus affinem & quidem benemerentem legum seueritate utamur. Solos enim asserere nos tibi affinitate iunctos esse: & multa ex te dona. magnosque honores recepisse nos sane. & si gloriosum putamus æstensi familiæ iunctos esse: non tamen fictam & inanem gloriam quærimus. neq; affinitatem magnificamus post accepta summi Pontificatus gubernacula repertam. Et si enim ex Ptolemæa prosapia mater tua nata est: cui gens Picolominea: ex qua nos secundum carnem orti sumus: pluribus affinitatum uinculis nexa est. Affinitas tamen ultra personas: quæ cōiunguntur: haud quaquam progreditur. nec nos de sanguinis altitu

dine id est de aliena dote gloriandum putamus. Et qui ante nos in apostolica sede sederunt: non stematibus aut maiorum imaginibus: sed animi uirtute claruerunt: utpote qui piscatura & sordidis nonnumquam ante pontificatum artibus uictum parassent. Utinam praedecessoribus nostris ita uirtutibus & meritis aequari: sicut sanguinis nobilitate possemus. Vtrunque sit: quis indigni: diuina tamen dispensatione uicariatum saluatoris & domini nostri Iesu christi gerimus in terris: & inter causam & causam: sanguinem & sanguinem: lepra & lepram absque personarum acceptione iudicare: uitiaque subditorum corrigere: & uirtutes confouere tenemur. Neque tu munera aut honores improperaueris. neque enim magnum est: si nobis in exordio summi apostolatus dona uel pretiosa misisti: qui sedis: in qua sedemus: beneficentia centum millia auri nummum & amplius quotannis ex uectigalibus tibi concessis exigis. Munera tua uix aureos bis mille ualuerunt: nec ea apud nos gratis esse permisimus. priuilegia enim & gratias tibi concessimus: quae absque magno auri pondere ab aliis pontificibus obtineri minime potuisses. Tu neque scriptoribus praetaxatam pecuniam persoluisti. Quod nos curiamque nostram euntes Mantuam: & inde redeuntes summis honoribus excepis: quanuis laudabile est: tui tamen debiti fuit. Neque tibi decori fuisset tua in ditione inhonoratum dominum iter habere. Verum quanuis liberalitate & magnificentiam istam tuam probamus: non tamen ferendum est: ut in perniciem christianae plebis nunc auariciae studeas: contumaciam praetendas. Deus & iudicium: & magisterium: & dominum super te nobis in terra tradidit: & anime tuae curam commisit. non prurire auribus tuis: aut quae sint placita in oculis: sed utilia & salubria contulere: atque imperare debemus. Cura nobis totius dominici gregis imposita est. Nostrae est ex agro dominico zizaniae malasque herbas eradicare: bonumque semen ferere: hoc est in pectoribus subditorum succisis uitiorum fomitibus bonarum artium & totius uirtutis plantare radices. Si quis nostro non pareat impio: sicut in ueteri lege scriptum est: mortis poenam meretur. Neque enim: minor est in nouo testamento summi pontificis auctoritas: quam fuit in antiquo: quis benignitas atque misericordia maior. Sed non adeo placidum aut clementem esse sacerdotem oportet: ut peccata sinat inualescere: & do

AD DVCEM

minari portas inferi. Imitandi sunt prudentes medici: qui leues mor-
 bos leniter curant: in periculosis ægritudinibus amaras & asperas
 adhibent medicinas: nec ueretur crudeli manu putridas secare car-
 nes: ut pio conseruent animo incorruptas. Abscidendum est omne
 quod christi nocet ecclesiæ. omnes abusus rescandendi. omnes inobe-
 dientiæ mulctandæ atque auferendæ sunt. nitendumque summo co-
 natu est: ut lex christi id est uoluntas dei seruetur in terris. Quibus
 ex rebus uolentes animo quæ pernitiōsa est inobediētia tua: qua ute-
 ris mandatorum nostrorum executionem impediens: nihil aliud hoc
 esse aduertimus: quæ ea quæ pro salute populi christiani excogitata
 & decreta Mantuæ sunt uelle puertere: & turcis diuinæ legis hosti-
 bus in nos portam aperire: cunctamque nostram religionem concul-
 cationi ac ruinæ & desolationi committere. Ne igitur tantum mali
 tua resistentia atque contumacia pariat: uolentes tam tuæ salutis. quàm
 reipublice christianæ utilitati opportune consulere: auctoritate omnipo-
 tentis dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius ac nostra tibi sub
 excommunicationis pœna latae sententiæ quæ contra te ferimus in his
 scriptis: nisi paruēris. Harum serie præcipimus & mandamus: qua-
 tenus infra nouem dies a præsentatione earum tibi facienda compu-
 tandos: quorum tres pro primo: tres pro secundo: & rursus tres pro ter-
 tio & peremptorio termino assignamus: uocatis ad te procuratoribus
 seu collectoribus nostris plenam libertatem & facultatem conce-
 das ut per eos litteræ nostræ tam cruciatæ: quàm decimarum uigesimalium
 & trigesimalium in omnibus locis tuæ dicionis & publicari: & executio-
 ni mandari tute libere & absque omni impedimento ualeant. Et tu
 nihilominus trigesimalam & contingentem iuxta formam earundem
 litterarum & in termino in illis contento sine diminutione per-
 soluas. Sciens quia nisi hæc feceris: grauioribus edictis ac pœnis
 tuam contumaciam obstinationemque coercebimus. Cuncta priuilegia:
 cunctasque gratias uel tibi uel tuis maioribus ab apostolica sede con-
 cessas reuocabimus & ad nihilabimus. neque patiemur quod rebel-
 lione utens erga matrem tuam Romanam ecclesiam & defensionem
 impediens christianæ fidei uicarius temporalis sub Romano pon-
 tificatu aut honore: aut commodo potiaris. De præsentatione litte-
 rarum tibi facienda earum latori fidem præstabimus. Expende igitur

AD REGEM PHERDINANDVM

hæc: & cuncta diligenter cōsydera: & quanuis nobilis es & potens: nobiliorem tamen & longe potentiozem esse apostolicam sedē sci to. Tu filius es: ipsa mater. Tu discipulus: ipsa magistra. Tu uassal lus: ipsa domina. Tu fragilis & more mortalium cito periturus: ip sa supra firmam petram id est supra Christum fundata inuolabi lis perseuerat. Nam quīs aliquando fluctuet beati petri nauigiū: uentorumq; uariorū turbinibus agitetur: summergi tamen aut pe rire nequaquā potest. Consydera diligenter: quibus te begeficiis Romana ecclesia cumulauerit: & caue ne reperiaris ingratus q; fra tri tuo nullatenus succedere potuisses: nisi te māfuetudo & exube rās apostolici throni benignitas miseratiōis suæ gratia præuēisset Age gratitudinē: atque obedientiam ostende Romāo præfuli: neq; moleste feras: quod te pœnalibus cōmouemus edictis. Inuiti eīm hoc agimus. inuiti tuā dilectionem exacerbamus. sed urget nos ze lus domus dei & publici tuiq; cura bōi. At hæc quīs amara & acer ba priā gustatiōe uidebūtur: mox tamē dulcia fient ac suauia: si ad cor rediēs nō tā sæculi pompas: quā christū amare: & quæ fursum sunt sapere: non quæ super terram cœperis. Datum Senis

Pii Secundi: pont. Max. epistola undecima ad Pherdinandū Siciliae regem commmendans negotia Miraballi: & petēs animū eius in re Castilionis sæpius promissi.

IVS Episcopus Seruus seruatorū dei Carissimo ī christo fi lio Pherdinando Regi Siciliae salutem & apostolicā bene dictionē. Conturbasti: & adhuc conturbas miro modo mē tem nostrā duabus in rebus: Vna est in negotiis dilecti filii Iohann is miraballi: quē nō tractas eo modo quo uellemus: cū scias nos eum & familiā suam plurimū diligere. Alia est de Castilione sæpi us promissio: cuius traditionē modo una uia: modo alia protrahis: sup ambabus rebus mittimus ad te dilectū filiū Antoniū de noxe to scutiferū nostrū: ut itelligamus tādē mētē tuā: & sciamus quo modo nos habere debeamus. Nā hactenus licet tui causa multa & magna fecerimus: ex te nihil nisi bōa uerba reportauimus. Dabis Antonio fidem in dicendis tanq̄ nobis: & fac ut aperte tuū animū

AD ISABELLAM REGINAM AD CARDINALEM Senesem

in utraq; re intelligamus. Datū Macereti die xxix Maii. M. cccclx.
manu propria.

Pii Secundi: pont. Max. epistola duodecima ad Isabellā Siciliae Re-
ginam de his quæ ad regem scripserat.

Ius Episcopus seruus seruorum dei Carissimæ in Christo
filiae Isabellæ Reginae Neapolis salutem & apostolicam
benedictionem. Super nonnullis rebus concernentibus
factum dilecti filii Iohannis miraballi mittimus ad te & uirum tu-
um Regem dilectum filium Antonium de Noxeto scutiferum no-
strū: cui uelis in dicendis nostro nomine plenam fidem præbere: &
ita te habere: sicut de tua deuotione cōfidimus: & nostra erga te &
dictū Regē opera exposcūt. Datū Macereti die xxix Maii. M. cccclx.
manu propria.

Pii Secundi: pont. Max. epistola tertia decima ad Franciscum cardi-
nalem Senensē ut cardinalem sanctæ Cecilie tanquam patrem
obseruet proficiscentem ad exercitum.

IVS Episcopus seruus seruorū dei Dilecto filio Francisco
Cardinali Senensi salutem & apostolicā benedictionē. Exi-
gentibus ecclesie necessitatibus mittimus dilectū filium
Cardinalē sanctæ Cecilie ad partes Marchie & regni sicilie: & ad
exercitū nostrū. Volumus: ut omnia executioni mades: quæ ipse di-
xerit: eumq; licet sine legatiōe pficiscat: tanquā patrē honores &
obserues: qui tamē cito ad nos redibit. Accepimus quæ scripsisti
procuratori tuo de facto thesaurarii. sumus de te bene cōtēti. lau-
damus quæ opatus es in oppido Saxiferrati. prudenter singula &
diligēter egisti. perge ut facis: & bonum nomen custodi. Sic nobis
maxime placebis. In Saxoferrato fiet: quod uis: tuæ iurisdicioui cō-
mittetur. Nos tamen unum de Picolominibus in ea arce uolumus
collocare. De præside siue potestate facies: ut uoles. Datum Senis
& scriptū manu propria die vi. Augusti. M. cccclx.

Pii Secundi: pont. Max. epistola quartadecima ad Cardinalē Aequi-
leensem: i qua hortatur eum: ne legatus proficiscatur in regnum
sicilie: ostenditq; nolle cœptum bellum derelinquere.

AD CARDINALEM AQUILEIEMSEM

IVS Episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio Lodouico Cardinali Aquileiensi salutem & apostolicam benedictionem. Cum tuitionem carissimi filii Pherdinandi Siciliae regis accepimus: multo melior eius erat q̄ hostis sui condicio & ratio suadebat: ne sine causae cognitione pateremur eiici regno: quem constituissemus regem. Mutata est res: & hostis effectus potetior: sicut fortuna belli uaria est. Non tamen idcirco mutata causa, indecorum nobis uidetur eius res miseras non tueri: cuius florescentes audiuius. Neq; ferendum est: ut regnum ecclesiae inuita ecclesia possideatur. Stat igitur sententia coeptum bellum & iustum non derelinquere. Audiuius quae per Scarapium tuum nobis in hac re significasti. Laudamus consilium & auxiliium amplectimur. e animi nostri legatum mittere in regnum experientia & noie probatum, nec alius quam tu occurrit melior. Hortamur igitur hanc prouinciam acceptes: & te accingas: qua re nihil est quod nobis efficere possis gratius. Neq; subtrahas quasi aegrotum. Podagra enim non est exitialis morbus. Neq; nos tuas manus aut pedes: sed consilium exigimus. & si pedibus opus erit & manibus: Archiepiscopus rauenas haec tibi instrumenta supplebit. Neq; rursus res afflictas causeris, fiet enim magna mutatio: ut & nos & Ducem Mediolani notum erit auxilia totis conatibus suppeditare: & summa laus est res perditas restituere. Viros fortes in aduersis cognoscimus. & ardua petit uirtus. Age igitur. Noli hoc onus honori coniunctum maximo fugere: & gere nobis in hoc quod magnopere cupimus more. Tuumque animum quamprimum nobis effice notum. Datum senis nonas Septembris M. cccclx. manu propria.

Pii Secundi: pont. Max. epistola quintadecima ad Pherdinandum regem: in qua dubitantem eum de pontificis auctoritate confirmat.

IVS Episcopus seruus seruorum dei Carissimo in christo filio Pherdinando siciliae regi illustri salutem & apostolicam benedictionem: Ex his quae multifariam nobis tum alias: tum nouissime per Raphaelem familiarem nostrae significasti: animaduertimus te dubitare ne mutato in te animo simus: uel propter Castilionis: uel propter Terracinæ casus. Credimus non deesse: qui

AD PHERDINANDVM

hoc tibi suadeant: ut multi reperiuntur: qui principū animos dis-
 iungere: q̄ cōiungere: paratiores sunt. Et nos olim tibi scripsimus
 uicinosꝝ potentatū raro stabilē esse amiciciā: qđ tamen nos futu-
 rū minime arbitramur: quādo nec tu iniqs delatoribus præbebis
 aures: nec nos uerba non probata mouebūt. Et si eīm aliquando
 coniecturis aliquātis permoueamur: non tamen cadimus ex propo-
 sito: nisi re plane cognita. Quod si Castilonenses Terracinensesq;
 res non nihil animi rationis præbuerunt: nunquam tamen nobis
 persuaderi potuit tuam rem nō recte erga nos uadere: Idq; tandē
 exploratū habemus. Non est igitur cur nos uel mutatos esse iudi-
 ces: uel facile posse mutari. Nos te inuestiuimus: & coronauimus
 de regno & magno & nobili. Nos te regi Réato præposuimus. Nos
 tuā cām in conuentu Mantuano magnifice defēdimus. Nos prop-
 ter te magni & potētis Franciæ Regis inimicicias paruipendimus
 Nos ut Picinimum tibi retineremus: pacta: quæ pro Malatesta ha-
 bebamus: nobis utilia & honorifica remisimus. Nos Symonetū cū
 magnis copiis: & Iohannem malauoltam in tuum auxilium misi-
 mus: quorū alter captiuitatem incidit: alter necem. & alium exerci-
 tum in Abrutiis iam rebellanti Picinino opposuimus. Nos etiam
 te auro iuuimus. Nos etiā nūciis & litteris tuas partes ubique gē-
 tium tutati sumus: adeoq; fauoribus profecuti: ut bellum etiā tui
 causa nostris laribus sustineamus: uidemusq; nunc subditos no-
 stros omni hostili clade uexari. Quantum pecuniarum exposueri-
 mus in hoc bello: quātos feramus reprænsores. quot subiecti su-
 mus & periculis & insidiis: non facile dictu est. haud quaquam tot
 & tanta pro te fecissemus: si mutare animum libuisset. Stat sentē-
 tia non mutare propositum. Quod si deus dabit: ut hic uicinus no-
 ster ex agro nostro repellatur hostis: intelligent omnes quāti Pher-
 dinandum eiusq; iusticiā faciamus: & tu plane cognosces neminē
 esse: q̄ caritatē erga te nostram superet. Quauis hoc ipsum iam
 opera nostra palam ostentarunt: Nam neq; Alphonsus si uiueret:
 maiora potuisset ostendere dilectionis signa: quā nos ostendimus.
 Scriberemus plura: nisi propositi nostri edoctus Raphael ad te re-
 diret. Ex eo cogitationes nostras omnes intelliges. Tu ei fidem ad-
 hibeto & adhibeto: & psuadeto tibiipsi nihil prorsus de animo no-

AD REGEM CASTELLÆ

stro erga res tuas esse mutatum. Tantū demorato: ut pium ppositū nostrum possimus explere. Scriptum Romæ manu propria die xxiiii. Octobris. M. cccclx. Pōtificatus nostri āno Tertio.

Pii Secundi: pont. Max. epistola Sextadecima ad Regē Castellæ & legionis: ne se opponat Cardinali sancti sisti ad prouisionem ecclesiæ legionensis.

IVS Episcopus seruus seruorum dei Carissimo in christo filio Henrico Castellæ & legionis Regi illustri salutem & apostolicam benedictionem. Cum uacasset i curia nostra apud Senam ecclesia legionensis: prouidimus ei de persona dilecti filii Iohannis Cardinalis sancti Sisti: cuius probitas ac doctrina toti orbi nota ē: quē claræ memoriæ genitor tuus plurimi fecit: hæc potestas prouidendi ecclesiis p uniuersum orbē non ab hominibus sed ab ipso deo tradita ē beato Petro apostolo: & per ipsum eiusq; successores ad nos usq; deriuata. Tute nostræ prouisioni opponis. Non uteris bono consilio, nec bona excusatio est ius patronatus allegare: Nam sedes nostra in ecclesiæ regimine nullis humanis iuribus aut priuilegiis impeditur. Cōminaris Cardinali: nisi cedat eius cōsanguineos regno tuo eiicere. Idem fecit Rex Angilæ erga sanctū Thomam cantuariensem: sed nō fuit impune peccarū suū. Caue fili hæc exempla: & bonorū potius regum: q̄ tyrannorum imitator esto. neq; audias eorū uoces: qui te contra sedem Romanam incitant. Nam hoc est matrem persequi ab euangelio discedere: si ne quo saluari nemo potest. Vide quid agas. nos te amamus: & honori tuo consulimus: studebimusq;: quoad poterimus: salutē tuæ adesse: & bonum statum tuum adiuuabimus. At si pergis aduersari nobis: nō erimus nos in culpa: si tuebimur Romanæ sedis priuilegia quæ diuina sunt: & a nullo possunt quis rege aut impatore cassari. Fugito oē cōsiliū: quod nostram caritatē a te possit auertere. Quod si feceris: optime aiæ tuæ: & tuis subditis cōsultū ibis & nobis causam præbebis: ut amplius atq; amplius te amemus. Scriptum Romæ apud sanctum Petrum Kalendis nouembris manu propria & raptim. M. cccclx.

Ius patronatus Regis
Castelle.

AD CARDINALEM SANCTAE CECILIAE

Pii Secundi: pont. Max. epistola decima septima ad Cardinalē sanctae Ceciliae: qua mōet eum ne putet extimationē suā esse apud se imminutam ex direptione cuiusdam oppidi .

IVS Episcopus seruus seruoꝝ dei dilecto filio Nicolao tituli sanctae Ceciliae Cardinali Theanensi salutē & apostolicā benedictionē. Magno mærore nos affecit: concussitq; miro modo mentē nostrā tristis casus: qui nudiustertius ī castris nostris accidit: longeq; magis animū nostrū cōturbauit: quā conflictus apud Sarnum proxima æstate habitus. Illic eīm nemo cecidit nisi qui hosti occurrit armatus. hic ēt imbelles & inocentes pueri sunt extincti. Ibi uicti nostri solū arma & equos amisere. hic uictores nomen & fidem perdidere. Gaudebamus oppidum sine sanguine: sine præda ī deditiōē uenisse. Et ecce ruptis fœderibus sæuitū est ī eos: q; sese sponte dediderunt. Nec fœminis sua seruata ē pudicitia: nec infantibus uita. O nefas. O pudor. Siccine crassatur maximi præsulis exercitus. Et quid alii faciāt? Quis deinceps nostram fidem sequetur? Succubuisse ī bello minus damni erat. Sed sic ī cælis uisum erat futurū. Magna ruīa facta est nostri honoris. Per famam & infamiam transire oportet. Nihil iputabimus tibi fili dilectissime. Scimus quantus ē ipetus furētis exercitus. Sæpe magnis Imperatoribus hæc acciderūt. Sæpe inuito Pompeio exercitus arma tulit: nec semp Alexander: aut Annibal: aut Iulius suas cepias retinere potuerūt. Quid mirum si alieniorum Ducum turmæ tibi nō paruerūt? Credimus: & si læsa est æstimatio tua apud ignaros rerū: animā tuā apud iudicem: qui cūcta uidet: nihil detrimēti passuram. Nec nos hi sumus: qui ex te detrimētū animæ requiramus. Scis quia nunquam quicquā tibi mandauimus contra præcepta ecclesiae iusticiæq;. Si hoc scandalum secutum est: quod tuo nomini non nihil detrahit. Gaude: quia sine culpa es. gaude: quia nos etiā socios habes. Nam & nos omnis populus mordebit: q̄uis inocentes simus. Ne terrearis. Sufficit apud deū ueritati locū esse. Perge: ut cœpisti. Cura ut infelicibus oppidanis: quantum fieri potest: damna resarciātur. Da operam: ut arx omnino expugnetur si non uult deditiōem facere: & bona quæ ibi sunt: reddantur

AD IACOBVM SABELLVM

dominis: possunt pauperes incolæ priuilegiis ornari: & aliis nobis pro damno compensari. Nos eis oëm humanitatem præbendam censemus: quando contra ius fasq; uiolati sunt. Perge: ne timeas impetum fortunæ. hæc uirtuti nouerca est: sed uincitur p̄seuerãtia p̄suade tibi nos bene de te credere. In magno nũc mari uersamur. Haud undiq; aduersi uenti & fluctus immensi agitant nauẽ. Durandũ est: donec tempestas conquiescat: & placidum fiat pelagus. Dabit deus his quoq; finem malis. duremus & seruemus nos secundis rebus. neq; enim mons ẽ sine ualle. & tempestati succedit tranquillitas. Alia scribet tibi nostro noie Georgius noster. Vale. Datum Romæ apud sanctum Petrũ quinto nouembris. M. cccclx. manu propria.

Pii Secundi: Põt. Max. epistola decimoctaua ad Iacobum Sabellũ: qua eum monet: ut dimisso Iacobo picinino: ad ecclesiæ deuotionem reuertatur.

Ius episcopus seruus seruoꝝ dei Dilecto filio Iacobo Sabello Domicello Romano salutem: & apostolicam benedictionem. Miseret nos tuæ senectutis: qui ætate grauiori confectus bello uexaris & armis. Cõpatimur domui tuæ prænobili: quam prope casuram cernimus. Condolemus filiabus tuis: quæ propter duriciem aĩ tui hæreditate magna ex parte fraudant. Nam si pergis obstinato corde mandata nostra respuere: necesse est: ut ostendamus tibi q̄periculosa sit in superiores rebellio. Inuiti sane & prorsus mēte aduersa contra te agimus nobili prosapia genitum: quæ pontifices aliquando genuit. Amamus tui claritatem generis: & te aliquãdo dileximus: sed cõpulisti nos in odium tui: cum nolles impata facere. Mandauimus tibi: ut milites Iacobi picinini hostis nostri ex oppidis tuis arceres: Si timeres aut illum: aut ursinos: militiam nostram obtulimus: quæ te tuaque custodiret. De ursinis: quos tibi iniuriosos aiebas: iusticiam polliciti sumus. Noluiſti audire uocem nostram. diu nos cauillosis responsionibus suspendisti. Denique cum uideri uelles aliquid agere: pariturum te dixisti: si Nazanum: quod Nicholaus quintus ob demerita tibi abstulit: restitueremus: si stipendium in ducentos

egtes daremus, si ursinos ablata restituere compelleremus. Quæ postulata obsidētis potius q̄ obsessi uidebant̄. Quid ergo miraris si te urgemus: si tuam cōtumaciam retundimus: si tuo exemplo alios monemus: ne rebellent. Cogis nos tua p̄tinacia: & ræla ecclesie cōtra te prouocas. Sed accusas spoliū in tuos factū apud nardi Podium: & fidē uiolatā affirmas: & sæuiciam militū damnas. Fatemur: sæuitum est in tuos hoīes: idq; nobis inuitis ac dolentibus: sed fidē fractam negamus. Oppidani. n. contra ius belli post datos obsides triginta pedites tuos admiscere: & nihilominus seruare eos nepos noster Antonius uoluit: seruassetq;: nisi arcis tuæ præfectus uulgus militū e castris signo dato ī oppidū uocauisset: dedissetq; aditum. Qui cum essent prædæ auidi: retineri non potuerunt. Antonius dum contra nitit̄: uix mortē euasit. quod si male actum est in oppido tuo: præfecto tuo imputa. Interroga filias tuas: quæ affuerunt. ipsæ tibi ueritatem narrabunt. & quanta fuerit nepotis nostri in custodia mulierū & pauperū rusticorū diligētia referent. Tu nunc romanis conseruatoribus scribis: & minas adiuicis suadens ut armenta sua custodiant. Melius agas: si tibi ipsi cōsulas: & res tuas saluas uelis: neq; oēm ecclesie indignationem experiri temptes. Credito: q̄a non es tu p̄r pōtifici maximo. nec tuæ sunt uires: quæ fundamenta ecclesie possint euertere. Romanorū pecora noster miles tuebitur. tua: nisi Picininus custodiat: p̄itura sunt. at quanta sit in Picinino spes habenda: iam didicisti: qui sub eius promissis podium amisisti. Tēpus est: si sapis: ut ad te redeas. petis ut Romani te nobis cōmendent. Frustra ex aliis quæris: qd̄ ex te ipso habere potes. Tuum: si uelis: cōmendatum te facere: tua te facta saluabunt. Non sumus nos: qui sanguinem tuū sitiamus nec tuam domum perire cupimus. Quod diximus ab initio belli: & nunc in medio repetimus. Reuice Picinini milites: & pacem habebis. Quærito ueniam. & inuenies etiam gratiam. Nos quamuis indigni uicem dei tenemus in terris. conuersionem peccatoris non mortem quærimus. Nihil excusationis habes: quod Picinino sis obligatus. Nulla est promissio: quam non tollat iussio principis. Non licuit te fœdus inisse. Iniusso nostro initum auferre debes: cum iubemus: alioquin iniurius es tuo domino: &

AD CARDINALEM THEANENSEM:

ecclesiae fidem fallis. Nec Picininus ita se habuit erga te: ut quicquam sibi debeas. Recole demum ex quo sanguine natus es. Recole quod debeas ecclesiae. Recole quanta perpeffus es: & finem miseris quaere. Quæres autem: si mandata nostra obedienter recepis. loquimur tanquam pater: qui non omnino filius oblitus est. Tu filium prodigum imitare: de quo loquitur euangelium. Redi domum: & patris misericordiam potius quam iudicis iram expiri uelis. Nos tibi aequas conditiones nunquam negabimus. Datum Romae manu propria die xix. Nouembriis Pontificatus nostri anno tertio.

Pii Secundi: Pont. Max. epistola decimanona ad Cardinalem Theanensem: qua hortatur ut forti animo militiam tolleret.

Ius episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio Nicolao cardinali Theanensi salutem & apostolicam benedictionem. Videris ex his quae scribis: opinari aliquos esse apud nos: qui tuae fidei detrahant. non ita est. longe falleris. Non quod carpi putas: laudaris. nec nos hi sumus: qui de te sinistra credere possimus. natura ita iubet: ut quibus benefecimus: fidem habeamus. Nobis labor tuus cognitus est. nec de constantia dubitamus. Quod si Antonii copias reuocauimus: id factum est ne tempus frustra duceret. iam enim ex castris abierant propter contentiones & iurgia: quae praecesserant: nec ullo tibi erant usui: ut accepamus. Ex te igitur arbitrati sumus eas in campaniam mittere: ut per hoc tempus: quo aer patitur: hostes ibi uexarent: & hoc tibi scribi iussimus. Si non est factum negligentiae dabis non maliciae. Iohannem franciscum putauimus Antonio sociandum: ut esset qui ei pro rebus experientia consuleret. Incauta enim iuuentus est non habens rectorem. De braccianis est eadem sententia: quae tua: ne quo pacto recedant: nisi nouis superuenientibus. Nec nos te ursinum: sed apostolicum existimamus esse. neque tua consilia unquam damnauimus. & si aliquando nostra praetulimus: ut est mos dominorum: te aequum animum habere decet et si aliquando deliremus. Scis enim plus domini stulticiam posse quam serui prudentiam. Boni autem seruitoris est: quae peccat domini: non carpere: sed emendare: & hoc te facere pro tua integritate minime

AD IACOBVM SABELLVM

abigimus. Hortamur te: ne turberis: si aliquando aut hoc: aut illud impamus quod præter tuam mentem sit. Existimas noxium esse quod iubemus. rescribe. tempa. corrige. muta. nihil nos uolumus: quod malum esse intelligamus. Scimus grauem esse puinciam tuam. sed grauiam quoque subeunda sunt onera: & magnas dignitates magnæ curæ sequuntur. hoc nos expimur: quibus noctes insopnes transeunt. Te quoque hæc miseria participem rubeus pyleus reddidit. Fac bono animo quod facis: & dura: nec rumusculos timeas. pro bonam famam & malam non tibi solum: sed nobis quoque transeundum est. hortare magnificum Alexandrum: & Comitum Urbinate ne spe nostram fallant. Viuimus sub alis eorum. urgeant hostes: dum tempora ferunt: & Sabellum resipere cogant. Nos illi scripsimus: ut in his exemplaribus uidebis: quæ mittimus. utinam intelligat. Nam sibi & nobis proderit resipiens. De Marchia cognouimus quæ significasti. multa mala minatur homo tuus. nec nos minora expectamus: nunc nos deo caros cognoscimus: quando undique tribulamur. Sed finis miseriae aliquando erit: tu patere nobiscum: qui et nobiscum regnaturus es: De officio quod pro amico quaeris: Gregorius tibi respondebit: est animus noster promissiones tuas haud irritas facere. Vale: & militiam: quæ potius malicia dici potest: forti animo tollerato: donec ad nos redeas: quod breui fiet: Scriptum Romæ manu propria xx Nouembris M. cccclx.

Pii Secundi Pont. Max. epistola uigesima ad Iacobum Sabellum ut tandem redeat ad Pontificis gratiam: ut pollicitus fuerat.

Ius Episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio Iacobo Sabello Domicello romano salutem: & apostolicam benedictionem. Audiuius animam gerere te: ut quæ nobis grata sunt facias. Id nobis acceptissimum est: qui te semper dileximus: & inuita tua loca oppugnauimus. Fac ut opera uerbis consonent: & sequere fidem nostram. Plus recipies tacendo quam petendo. Nobis mens est nobilem domum tuam honorare: non deprimere. Sapientia tua fuerit ut scias uti proposito nostro. Scriptum Romæ manu propria apud sanctum Petrum M. cccclx. anno iii.

Pii Secundi Pont. Max. epistola uigesima prima ad Fredericum imperatorem in fauorem Francisci Sphortiae ducis Mediolani pro iustitiam ducat?

AD IMPERATOREM

Ius episcopus seruus seruoꝝ dei Carissimo i Christo filio
Frederico Romanoꝝ Impatori semper Augusto salutem
& apostolicam benedictionem. Intelleximus referente ue
nerabili fratre nostro episcopo & cardinali Niceno: qui apud te est
super re Ducatus Mediolanensis nihil esse conclusum: sed abisse
nuncium qui ad id missus erat sine spe ulla: & truncatã esse prati
cam ab altera parte: cum sibi nimium uideat̃ quod petit̃. hoc certe
nobis molestũ est. nec uidemus cãm sufficientem: propter quã hoc
bonum impediãt̃. Illud. n. in primis constat. Si pecunia: quæ petit̃
exoluatur: negotium absolutum esse. In hac parte qui petit: facile
põt minus petere. At qui promittit: iustam cãm habere põt: ppter
quam nõ plura promittat: quia desint facultates: & nolit promit
tere quæ nequeat adimplere. Certe fili non sunt tantæ opes eius
qui Mediolano potitur: quot creduntur. At onera opinionem exce
dunt. multa ei necessaria sunt: qui tantum dominium: & tam inui
diosum: & cum talibus uicinis tueri habet. Nos te rogamus: ut
hunc uirum & familiam suam amplectaris: quæ in posterum Ma
ximiliano tuo & tuorum natorum natis semper sit obnoxia. Tu
nunc Imperator es. utinam diu uiuas. Migrandum tamen & tibi
& oibus est qui uiuunt in terra. Nec tu post obitum Impator eris
nec in tua domo semper erit Imperium. nec tu hoc præstare potes
sed ut imperii beneficia in tua familia perpetua sint. hoc efficere
potes: efficiesque si dum potiris imperio: ipsius imperii uiribus
multos tibi & posteris amicos feceris: inter quos nostro iudicio:
hi quoque diligendi sunt: in quorum manibus Mediolanum est
Franciscus Sphortia & filii eius: qui multum in Italia possunt: &
in futurum: ut credibile est: poterunt. Multum Imperatoribus
ad res italas præstare longobardi possunt & potissime Mediolanẽ
ses. Sedit hoc Roberthus bauarus: qui deposito Vinceslao: electus
Imperator: dum Romam pro corona peteret: a Galeacio Mediola
nẽsium principe profligatus in patriam rediit sine corona. Galea
cius enim Vinceslai causam tuebatur: a quo fuerat Dux creatus.
Nosti quoq;: ut arbitramur: italiæ statum: & quod exceptis Medio
lanensibus pauci ad impium respiciunt: his et exceptis: q non ut
seruent: sed ut pdant inspiciunt. quod si Mediolanum in alicuius

AD IMPERATOREM

aliquando populi potestatem uenerit: actum est de impio in Italia nec pauper ecclesia sine detrimento erit: quæ longe melius cum imperii amicis se habet quàm cum inimicis. Optamus igitur: ut tui & nostri causa petita sæpius inuestituram cõcedas: ne des occasionem: quod alii tuam gloriam uenari possint. Non frustra loquimur: imperialis iam alias Genua francorum facta: & Astensis Vrbis francis paret. Nec Dux Sabbaudiæ tam te respicit quàm franciæ regem. Regnum Siciliae nutat. & quamuis conamur ecclesiae in eo nomen tueri: nescimus tamen rerum exitum: quoniam futuri soli deo cognitio relicta est. Age agitur prudentissime princeps: noli propter defectum alicuius pecuniae inuestituram hanc negare: quæ imperium seruabit in Italia & romane ecclesiae plurimum consulat. Si non moueris Francisci precibus: moueant te filii eius: qui ex sanguine Philippi prodeunt: quæ tui prædecessores inuestiuerunt. Moueat te imperium: quod nisi hoc feceris: ex Italia pelletur. Moueat te pauper Italia: quæ inuita coronam & fasces imperii deserit. Moueat te nostra rogamina: quæ plaris esse debet: quàm requisitæ pecuniae. Cõcede nobis: quod aliis negas: quãuis tibi plura debemus: quàm possimus ullo æuo persolvere. Postremo moueat te tuus Maximilianus: qui tibi deo præstate supstes erit: & aliquam Principum familiam sibi amicam in Italia cupit: quãdo & tu illi in Italia non parua dominia relicturus es. Nec alium in Austria uides: qui plura expectet. Nosti qui sunt uicini tuæ domus: & quod non soli sui: censes: aliquando timendi sunt. Facito igitur tibi & liberis tuis amicos: & utere impio in tuam tuorumque gloriam atque salutem. Nec neges quod tantis precibus impetrare nituntur: cum id quod requirunt: & tibi & impio: & nobis ex usu esse cognoscas: semperque plus in amicis præsidii quàm in pecuniis ponito. Datum Romæ apud sanctum Petrum: scriptumque manu propria. ii. nonas Februarias Mcccclx

Pii Secundi: Pont. Max. epistola uigesima secunda ad Fredericum Imperatorem bonum animum suum erga illum ostendens: quod non posset immutari

Ius episcopus seruus seruorum dei Carissimo in Christo filio Frederico Romanorum imperatori semper Augusto: salutem & apostolicam benedictionem. Scribimus sæpe:

AD REGEM FRANCORVM

& multa per legatos ac nūcios significamus: quorū fortasse aliqua molestius accipis: non tam mentem nostram q̄ uerba respiciens. Nos illud tuæ mansuetudini p̄suasum esse uolumus: nihil nobis placere quod aīum tuum offendat. Scimus quantū excellētiae tuæ debemus: nec unq̄ cōmitteremus: ut ingrati repīamur. Si q̄s putat nos posse aduersus te irritari: maxime fallit̄: et si aliquando facias quæ nolimus: & quæ uelimus negligas. Vēdicauerūt hoc sibi tua erga nos merita: quæ nullis æquare obsequiis unq̄ poterimus. Ac cepimus hoc maligno tēpore non nulla parari: & tibi & nobis contraria: quæ: ut arbitramur: cum suis auctoribus euanescent. Certi sumus: quia non deeris. uerum scito nos quoq; tibi: quoad uixerimus: non defuturos: idq; tibi infixum toto pectore sit. Esto itaque bono aīo: difficile est apostolicam sedem: & Romanum imperium simul euertere. Altius fixæ radices sunt q̄ uentis euelli queant. In summo positi uertice sine uentis esse non possumus. Nostre est p̄sistere: & solida uirtute machinamentis malorum hoīum occurrere. Scriptum Romæ manu propria apud sanctū Petrum Nonas Martias. M. cccclx.

Pii Secundi Pont. Max. epistola uigesimatertia ad regem Francorū adhortans ipsum ut pragmaticam sanctionem e regno suo eliminaret.

Ius episcopus seruus seruoꝝ dei: Carissimo in Christo filio Ludouico Francorū regi illustri salutem & apostolicā benedictionem. Viuente patre tuo claræ memoriæ Carolo personam tuam semper dileximus & magnificimus. Nec ulli rei consentire unq̄ uoluimus: quæ uel honori: uel statui noceret. Nunc quando ille a domino uocatus est: & tu eius locum tenes: non minori te studio atq; amore prosequemur. Benigna tibi semper erit apostolica sedes: Tu facito: ut uice uersa in regno tuo Romana ecclesia mater fidelium in suo honore suisq; præminentis conseruet̄. Neq; ulterius pragmatica sanctio: quæ cum deo stare non p̄t: tui populi aīas perdat. Veniant ante oculos tuos gloriosa maiorū tuorū gesta. q̄ mirificis honoribus Christi uicarios p̄secuti sunt: & p̄ tuēda religione sæpe cū exercitib; in Asiā trāsire. Cogita

Alt. Cognomen R.
Francorū illu.
nō Christian
et paulo post et
transmissi tu
ur ab eodē po
eidem Ludo
regi

Pragmatica sanctio.

AD DVCEM

quanto cum periculo fidei nostris ceruicibus: & in Græcia: & in Hungaria imminet Turcus. & da operam ut pacato q̄celerrime regno ad tutelā religionis cōmunibus uiribus arma sumi possint. Ad quam rem persuade tibi nihil nos prætermisso ex his quæ in nostra potestate fuerunt. Super his latius te alloquetur uenerabilis frater Iohannes episcopus Atrebatensis: quē ad te mittimus. Tu illi tanquā nobis ipsis fidem adhibeto. Pius deus tuos gressus dirigat: & tibi semper adsit. Scriptum Tibure manu propria. xv. Kalendas Septembris. Mccccclxi.

Pii Secundi: Pont. Max. epistola uigesima quarta ad Ducem Burgundiaē ut Iohannem Episcopum Atrebatensem instruat: quo pacto se habet regere cum Rege Francorum.

Ius Episcopus seruus seruorū dei Dilecto filio nobili uiro Philippo duci Burgundiaē salutem & apostolicam benedictionem. Accepimus claræ memoriæ Carolum Francorū regem naturæ debitum persoluisse: & Ludouicum filium eius ad regnum esse uocatū. Pius deus & patri defuncto misericordiam ostendat: & uiuenti succedētq; filio benignus adsit. Nouellus rex ut existimamus: memor erit tuæ erga se caritatis: qui extorré confouisti. Multūq; tuo iudicio tribuet. Arbitramur igit̄ iam uenisse tempus: quo & pragmatica sanctio uenenū terræ ex Frācia reiciatur. & aduersus turcos christianæ religionis hostes magnifice arma sumant̄. Pro quibus rebus mittimus ad ipsum regem uenerabilem fratrem Iohānē episcopum Atrebatēsem: quē tamen prius te iussimus adire: atq; ex te mandata suscipere secundū quæ se gerere habeat: qui pro tua sapientia noui regis mores optime nosti. & quō sit aggrediendus: non ignoras. Tu ergo amantissime fili & uerus apostolici defensor honoris instrue oratorē nostrorū: & uias illi ostende: p̄ quas ad ea pueniri possit: quæ desyderamus. recognoscatq; tandem Francia: ut debet: christi uicarium: & defensio religionis totius conatibus assumatur: quemadmōm te semp̄ optare aīaduertimus. Reliqua explicabit tibi dictus ep̄s: cui tanq̄ nobis ipsis fidē adhibeto. Pius deus te nobis & uniuersæ reip. christianæ

AD REGEM FRANCORVM.

diu conseruet. Scriptum manu propria Tibure. xx. Kalendas septē
bres. M. cccclxi.

Pii Secundi: pont. M. epistola uigesima quinta: ad Regem Francorū
commédans eum: quod pragmaticam e regno tollere uelit: cui
reginam Cypri e regno pulsam cōmendat.

IVS Episcopus seruus seruorum dei carissimo in Christo
filio Lodouico Francorum regi illustri salutem & aposto
licam benedictionē. Accepimus ex litteris uenerabilis fra
tris nostri Iohannis Atrebatēsis quanta eū caritate complexus sis:
& quā pium erga nos & Romanam ecclesiam geras affectū. Vtq;
ad tollendam de tuo regno constitutiōem illam: quæ pragmatica
dicta est: uolēti & recto sis animo. Laudamus deum: & suæ maiesta
ti benedicimus: quæ talem tibi mentem dedit. Nam quid aliud di
cere possumus: nisi qđ ex magnis periculis dei bonitate liberatus
es: & i hæc tempora reseruatus: ut esses: qui suscepto regno pater
no sublatis erroribus libertatem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ in
staurares: atq; restitueres: & maiorū tuorū æquata gloria christiāo
nomini quietem fundares. Benedictus deus: q tuæ personæ custos
fuit: & spiritū tuū erexit: ut cogitares quæ pia: & omni laude sunt
digna. Sic magnus Constātinus: sic duo Theodosii: sic Carolus ma
gnus: & plures ex tuis progenitoribus immortale nomen & inexti
guibile consecuti sunt gloriam: quia Romanam ecclesiam matrē
suam debito sunt honore prosecuti: quorum te uestigiis inhæren
tē & diligimus totis præcordiis & laudamus: & omnis te posteri
tas celebrabit. Illud autem inter cætera cōmendamus: quod absq;
conuentu & consultatione multorum pragmaticam auferre statui
sti: quemadmodū idem Episcopus nobis significauit. Sapis certe.
regem te magnanimum ostendis: qui non regaris: sed regas. Opti
mus enim princeps est: qui per sese recta cognoscit: & operatur:
qualem te esse confidimus: nec scriptura: quæ ait: ubi multa consi
lia: ibi salus: non consultorum multitudinem requirit: sed cōsilio
rum maturitatem & digestionem: quæ res in paucis facilius repe
riūtur. Neq; enim aut honestas: aut iusticia multitudini facile sua

AD REGEM

detur: quæ uariis affectibus agitata ad peiora semper inclinatur: con-
 fusioni subiecta est consulentiū multitudo. Nec bene res habet: ubi
 suffragia numerantur: non ponderantur. Sæpe enim fit: ut maior
 pars meliorem uincat. Facis: quod te decet: qui sciens pragmaticā
 esse absq; deo eā eliminare de tuo regno decreuisti: nec uis ī discep-
 tationem adducere an fieri debeant: quæ tu ipse facienda nouisti.
 hoc est Regem esse & bonum regem: & quem boni ament: mali ti-
 meant: Nam qui per alios reguntur: nec per se intelligūt: quæ sint
 agenda: contemptui sunt. Probamus igitur admodum: & commen-
 damus quæ de tua deliberatiōe circa pragmaticā Episcopus Atra-
 batenfis scribit: hortamurq; ut quæ proposuisti in animo efficere:
 cito facias: Neq; cum possis hodie benefacere: cras faciam dicas. hi-
 larem datorem diligit deus: quæ iusta & honesta sūt: moras nolūt
 fac tuam sapientiam: sicut nos cognoscimus: ita & mūdus omnis
 quāprimum cognoscat: ne aliquis dicere possit: diu noluit: qui diu
 deliberauit: qđ si prælati regni tui & uniuersitates aliquid ex no-
 bis desyderant: te mediatore ad nos recurrant. Nam si quis unquā
 Pontifex fuit Gallicæ nationi affectus: ut multi fuerunt: Nos cer-
 te inter primos reperiemur: qui nomen & gentem huiusmodi ho-
 noremus: & diligamus. Nec unquam postulatis honestis aduersa-
 bimur: scimusque dignum esse ut fratribus nostris Coepiscopis ī
 multis deferamus: eosq; honoremus. Pariter quoq; uiris doctis: &
 qui docti esse cupiunt: in uniuersitatibus litterarum studia sectā-
 tibus subueniēdum esse non ignoramus. Ab his enim catholica fi-
 des defenditur: & doctrinæ lumen propagatur. Age igitur fili per-
 fice: quod in aīo geris: & confide nos tibi & regno tuo oīa cōcessu-
 ros: quæ ratio & honestas suadebit. Cæterum quia Regina Cypri
 ad nos & regno suo deiecta & extorris profecta est: & ad tuā ut cre-
 dimus: serenitatem proficiscetur cōsilium & auxilium petens: nā
 regnū eius Soldani Aegyptii auctoritate occupatū est: Et qđ sicut
 accepimus: Mahūetes Turcoꝝ dominus Synopim: & Trapezūtā
 & multas alias Asiæ ciuitates ac prouincias nuper sibi subiecit: &
 in Europam uictor ac tumens eo proposito reuertitur: ut christia-
 nitatem totam proterat: & conculcet. Serenitatem tuam rogamus
 & flētes petimus: ut respicias in quo statu est catholica fides: quo

FRANCORVM

modo ex uno latere Turci: ex altero Sarrhaceni urgent. Pone ante oculos tuos lamētabiles christianorū uoces: qui per Asiam: & Græciam in medio nationis peruerse constituti miserabilibus modis affliguntur. Cogita in quo loco est sacrū domini sepulchrū: quod inspicere absq; Mahumetanorum uoluntate non possumus. Sācta terra: quæ nobis lucem fidei præbuit: nunc in tenebris est. Totus oriens plenus est spurcicia Mahumetea: quæ etiam in Europā suū uirus effudit: inde Græciæ: hinc Hispaniæ parte occupata. Nec dies ulla in qua non mulræ christianorū animæ pereant. Rhodus in periculo est nobilis insula & maris quondam domina. Peloponnesus in potestate turcorum est paucis exceptis locis. Tota Epyrus ad eos defecit. Bulgaria: & Valachia & Rascia maiori ex pte turcis parat. Hūgaria uulnus expectat: & multis afflictā cladibus nō potest tantos belli motus sustinere. Nec est qui consoletur eam. timet uictorem Mahumetem iam spoliis orientis & asiæ uiribus actum. timemus sane illi genti. timemus & aliis: qui sunt ī hostium circuitu: nec nos sumus qui succurrere possimus. Voluimus oculos nostros modo huc & modo illuc: & lustratis omnibus christianorum prouinciis: nemo regum nemo principum nobis occurrit: qui tātæ rei subuenire possit nisi tu solus quem pius deus sui populi saluatorem: ut confidimus: hucusq; seruauit incolumen: Nec permisit in manus se quærentiū incidere. Tu dei ope hæreditarium regnū in pace cōsecutus es mortuo patre. Philippus Burgundiæ Dux clarus & potens tibi obsequētissimus est. Cæteri Duces & Comites regni te domino gloriantur: & tibi sine controuersia parent. Ex Anglia: si uolueris nihil tibi aduersabitur. Hispaniam habes amicam. Omnes per circuitum te reuerent & colunt: & legatiōes ex lōginquis partibus ac ex ipsa Italia te saluatum & honoratū adueniūt. Magna est hæc gloria. magnum dei donū. Intellexit diuina pietas cogitatiōes tuas: & multa cognouit ī animo tuo proposita esse ad cōmune bonū. Nec dubitamus: quin cū esses exul quodam modo a regno: sæpe tecum dixeris si paterno ī solio aliquādo sedeā: quāta faciam tibi deus grata. Certe non patiar tuā hæreditatē a Turcis dilaniari audiuit te deus: & oīa tibi aduersa reppulit. planauit iter tuum: & te in auito regno collocauit excelsum præ regibus terræ.

AD CARDINALEM ATREBATENSEM

Omnia tibi tranquilla dedit. Si quid aliquando intra te deo promisisti: illa seruato. si nō promisisti: quā non est uerisimile: recognosce beneficia: quæ accepisti a domino deo tuo: qui te filium regis creauit: & in regnum: cum diu extorris fuisses: summa cū gloria restituit. Ostende te gratum diuinæ pietati: & pro tantis beneficiis uicem repēde. Tolle: ut factus Oratori nostro spondisti: pragmaticam constitutionē: & hoc facto: quod nō est difficile: erige te totū in auxilium religionis cōtra Turcos. Stude ut expeditio aduersus hostes christi fiat. exhibe te huius rei ducē & caput. nec dubita: cū cetera erunt tibi prospera. hoc est negotium te dignum. tibi hæc gloria seruata est. nihil est: in quo te laudabilius exercere possis. hæreditaria hæc tibi prouincia est: nam pugnare cum Turcis: & uicere & terram sanctam recuperare: & fidem seruare: & Romanā ecclesiam honestare: Francorum regum proprium est: & hoc tu commo-
dissime præstare potes. Vera frācorum soboles sapientia & rerum experientia præditus in opulento & pacifico & potētissimo regno sublimatus. Omnium oculi te respiciūt. omnes afflicti te uocant: & nos præter te nō uidemus: qui hæc possit præstare: & ad te unū recurrimus christianæ fidei defensorē. Tu ergo & a nobis & a toto christianorum populo rogatus & i primis a deo commonitus præpara te huic prouinciæ: ad quā feliciter dirigendā omnia obtinebis a nobis: quæ a iusto & pio christi uicario: & beati Petri successore obtineri debeant. Datū Romæ die xxvi. Octobris. M. cccclxi. pōtificatus nostri anno quarto manu propria.

Pii Secundi: pont. Max. epistola uigesimasexta ad Cardinālē Atrebatensem: ut confirmet Regem Francorum in proposito tollendæ pragmaticæ.

IVS Episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio Iohāni Cardinali Atrebatensi salutē & apostolicā benedictionē. Fluctuāti diu & maximis pcellis tua nauis agitata ē. Nūc i portu nauigas. Pius pōtifex e medio tēpestatū eripuit te: & ex hostiū cuneis trepidatē suis extraxit humeris. factū ē: quod nō credebas: & Pius suū tibi uerbū tenuit: & pacem peperit tibi. At si non est

AD REGEM FRANCORVM

pax:quādo:ut ais:in dubio ponit̃ : quod de pragmatica scriptū est: & pura dona condicionem recipiunt:& tumultuatur:& dubitatur: an excusationi mandetur:quod publice decretum est. Rursus promissa quaedam referuntur:& qđ non licet retrocedere.Nō ignorat Cardinalis Atrebatensis quomodo possint ista conuinci:& scit non respondere ultima primis. Quis unq̃ audiuit Regē aliquē frācorū aduersari christi uicario? Tutrix ē illa domus nō oppugnatrix apostolicæ sedis: nec carolus Lodouici pater ad arma unquā uenit cōtra romanū præfulē: quāuis ægre ferret Andegauēses regno Siciliae deturbari. quid faciat Lodouicus princeps deo amabilis : & iusticiæ cultor:& beatorum apostolorū deuotus? An ex pio filio & amāte expectabimus:quod ex patre paululū irato nō timuimus? Lodouic? ē:& lodouici ex frācorū domo nunq̃ ro. ifensi fuere pōtificibus Scis:q̃ta ē iusticia nostræ causæ? Scis:quid tibi diximus abeunti? nec iusticiam negabimus nec paucis honeste tractatum: aduersus eū:qui iusta offert.nullā fas est arma sumere. Habebas:hæc:quæ diceres regi & alia multa:quæ pro tua singulari doctrina nō ignoras Miramur:cur montium ruinam mineris:quando adsunt:quæ impedire casum queunt. Memores sumus eorum:quæ ante scripta sunt securitatis plena. Nec postea interamnensis in Frāciam rediit:si quid mali ille seminauit:iām radices emiserat:quādo priora illa splendida & magnifica plēa pacis & gloriæ uerba scripsisti. Si postea immutatum est aliquid : tuum est id corrigere & ita efficere:ut talem regem experiamur:qualem primo depinxisti:quē nō possumus non iustū & pium credere. Reliqua ex Antonio accipies Noxetāo tuo & nostro. Vale & ueni: quia cupimus te uidere pileatum. Ex urbe Idus Ianuarii. M. cccclxi.

Pii Secundi: pont. Max. Epistola uigesima septima ad regem Francorum extollens eum ob eliminatā pragmaticam sanctionē.

IVS Episcopus seruus seruorum dei carissimo in christo filio Lodouico Francorum regi Illustri salutem & apostolicam benedictionem. Excellentiam animi tui : & pietatē mentis ex multis operibus eius licuit hæctenus intueri.

AD REGEM FRANCORVM

Sed potissime diebus proximis quando ex inclyto regno tuo pragmaticam eliminari sancionē sic appellatā iussisti: quæ res diuinū propemodum te principem ostendit: ueramq; francorum sobolem & christianissimum regem declarauit. Non præteribit deus hoc tā egregium factum irremuneratum. nec sedes apostolica immemor erit tanti beneficii: cum magno Constantino: cum Theodosio: cū Iustiniano & aliis clarissimis principibus tuum nomen collocabit. Nos certe te semper honorabimus princeps deo amabilis: & gratissimum habebimus tuæ uoluntati complacere: sicut ex Antonio Noxetano dilecto familiari nostro: qui has tibi reddet: plenius intelliges: cui fidem dabis. Christus Ihesus dominus noster dextra sua te protegat: tibiq; benedicat & regnum tuum feliciter. Datum Romæ apud sanctum Petrum Idibus Ianuariis. M. cccclxi. manu propria.

Pii Secundi: pont. M. epistola uigesima octaua ad Regem Francorū qua hortatur: ne adhibeat fidem: si quis de sua sanctitate ad eū mala suggereret.

IVS Episcopus seruus seruorum dei: Carissimo in christo filio Lodouico Francorū Regi christianissimo salutem & apostolicam benedictionē. Quod te amamus fili toto pectore: quodq; tuus erga nos amor reciprocus est: & tuo regno conducit: & Romanæ primæq; sedi & toti reipublicæ christianæ admodum ē utile. Sed hoc multorū offendit animos: qui ex publico dāno priuatum uenātur cōmodū. Crede fili: & in tua curia: & in nostra nō pauci sunt: qui te uellēt nobis inimicum esse: & nos tibi aduersari. Idem multi cupiunt extra nostras curias constituti: & magni & parui principes & priuati homines. Nam quicūq; nos oderūt: & te amāt: molestissime ferunt eā caritatē: quæ inter nos est. Sciētes quia nō possumus non prosperari ubi mutuo diligimus: & oīs nostra prosperitas illis est aduersitas. Ob hāc rem summo studio annitūtur: & te nobis & nos tibi abalienare. scribuntq; tibi aut p̄ alios suggerunt diuersa mēdacia: quæ male accipias: & pariter nobis de te multa mentiuntur: & oīa meditant̄ & machinātur: p̄ quæ cōmu

i Christiani-

no -

tempore christia-
ignominenti Regi
in fuit impertitum:
nē. Max.

Vide intro
p. 4.

nis nostra dilectio extingatur: & odia cōsurgāt: ad quæ mitiganda opus sit ad eos recurrere: qui mediando: tractando: & sese sæpius interponendo crescant: & magni ac potentes fiant. hæc dicimus non sine causa & quidem magna. Accepimus enim esse aliquos ex curia nostra: qui ad te aliqua scribūt siue alio modo ad te deferri curant: per quæ tuā possint beniuolentiā imminuere. Nec desunt: qui pari modo ex aliis locis de te nobis scribāt: Sed nos illis non habemus fidem: nec malis eorum uerbis mouemur: quoniam tua uideamus optima opera: nec credimus signis: ubi uicimur experimētis: hortamur: ut & tu quoq; his auctoritatem abroges: qui tibi de nobis sinistra referunt. Fallaces hæc artes sūt & iniqua inuēta: quibus aliquādo & Cardinales & aliqui uiri magni utūtur: qui nunq̄ adeo creuere: quin cupiāt esse maiores: qui nec honoribus satiari: nec opibus expleri possunt: Hi existimant multo sibi utiliore nostram tribulationē: quā pacē: & idem de te censent: benigniorē te sibi futurū non dubitant: si aliquātulum uexeris: quā si tranquillo statu fruaris. Antiquæ sunt huiusmodi uersutiæ. solent inter se colloqui & affirmare quod regū latera stipant: & qui romanis pontificibus assident: tunc se esse in pretio: cū domini sunt in periculo: & tunc suā potētiā crescere cum dominorū decrescit maiestas & auctoritas: ac ex dominorū detrimento suū quærunt emolumētum. Si rex: inquit: franciæ romāo Pōtifieri erit inimicus: & Papa illi nō amicus uterq; nos quæret: & nostra utetur opēra. Magnum erit nomen nostrorū magna potestas: & ab hoc & ab illo uocabimur gratias impetrabimus: quas optabimus. Simulabimus nos utriq; fideles. Nulli erimus practicando concordia. semp̄ nutrimus discordia: & arbitri ac iudices dissidentium replemur. Ipse metus nos magnos ac beatos dominos uero & humiles & benignos reddet. quod si pergāt se diligere: uti faciūt: Rex & Pontifex: nō ē cur nobis utant. Ipsi per sese sua expediēt negotia. Nihil ad nos ueniet: nihil nobis cōmunicabūt. Nullū erit nostræ emolumētū. Verū ut tales homines priuatā & dānosam utilitatē suā malo ingenio quærūt: ita nos bono animo & optimis artibus nostrā & cōmunē utilitatē quærere oportet: & his fraudibus obuiando uicere in bono malū: & reipublicæ christianæ pie consulere. Nā si discordemus inuicem: non poterunt non oriri

multa mala. Si erimus unanimes (ut sumus) & tuum regnum flo-
 rentissimu efficiet; & tota christianitas miro modo lætabit. unani-
 mes autem esse nõ desinemus: si uterq; nostrũ ea tantũ uoluerit
 quæ sunt honesta: & in his: quæ iusta sunt: cõtentabit. Nec præsta-
 bit aures susurrõibus ac delatoribus iniquis. Nos fili amatissime
 ex parte nostra tibi offerimus: quod ex te nunquã aliquid postula-
 bimus: aut nõ iustũ: aut non æquum. Et rursus amplius dicimus:
 quod nunquã tuæ mãsuetudini aliquid negabimus: quod cũ deo
 possimus honeste cõcedere. Erimusq; tibi & tuis semp gratiosissi-
 mi. Nec facile de te aliquid sinistre credemus. Rogamus pari mō
 te uelis exhibere. maxime circa credulitatẽ: ne præstes fidẽ crimia-
 toribus: et si sint Cardinales: quia & in hoc ordine reperitur non
 unq̃ iniquitas: & sæpe inuenti sunt aliq; ex cardinalibus infestissi-
 mi romanis pontificibus. Sicut & duces aliqui in suos reges pfi-
 dia usi sunt. Nullum collegium est malorũ hoĩum oĩo uacuum.
 Et in apostolorũ cætu Judas inuentus est proditor. Discute priusq̃
 credas. & nihil credas nisi probet: ex his quæ ad te mala de nobis
 significantur. Nos adeo tuam serenitatẽ diligimus: ut impossibile
 sit aliquid nostra opera in tuam cõtumeliam fieri saltem scienter
 & appensate. De regno Siciliae hortamur: ut uelis bene rem intel-
 ligere. Cardinalis Atrebatensis tibi & nobis: ut credimus: fidelis di-
 cit se breui ad nos uenturũ & allaturũ æquas condiciones: huic pp
 doctrinã & integritatẽ suã multũ habemus fidei. Expectamus cũ
 desyderio suũ aduētũ. Si ita erit: ut ipse ad nos scribit: credito nos
 nihil recusaturos: q; possimus facere cũ hõestate. Audiẽs & Atre-
 batẽsẽ & alios oratores tuos: & i oĩbus erimus faciles ac benigni: q̃
 iusta sũt, utinã uideres metẽ nostrã & cor nostrũ posses itrospicere.
 gauderes certe talẽ te hẽre põtificẽ: q; tãtũ te amat. Noli aliqd i ma-
 lã partẽ accipere: qđ per nos fiat: priusq̃ Cardinalem Atrebatẽsem
 ex nostra curia scribẽtem audieris. Nec uelis his applaudere: q; de
 tuo & nostro incõmodo suũ quærũt cõmodũ. Scriptũ Romæ apud
 sanctũ Petrũ manu ppria Sexto Kalendas Martii. M. cccclxii.

Pii Secundi: pont. Max. epistola uigesimanona ad Regem Frãcorũ
 qua eũ laudat extinctione pragmaticæ: & promissione auxilii cõ-
 tra Turcos.

FRANCORVM

IVS Episcopus seruus seruoꝝ dei carissimo i christo filio
 Lodouico francoꝝ regi illustri salutē & apostolicā benedi
 ctionem. Attulerunt nobis oratores tui extinctā pragma
 ticam sanctionem. Et insuper auxilia contra Turcos amplissima p
 miserunt. Vtraq; res digna est tuo genere. & tuis uirtutibus. Lau
 damus benignitatem aī tui: & dignum te censemus: quem sancta
 sedes apostolica præcipuis fauoribus & honoribus prosequatur.
 Et hoc quidem nostri propositi semper erit. Nec credimus selsuꝝ
 aliquādo in hac beati Petri sede pontificem: qui te magis sit ama
 turus quam nos amamus tuam probitatem. Petierūt a nobis ora
 tores ipsi & maxime Cardinalis Atrebatensis: ut copias nostras ar
 migerarum gentium ex regno Siciliae reuocarem: ne militarēt
 aduersus consanguineum tuum ducem Iohannem. Cupimus de
 syderio tuo complacere: quia dignus es omni honore & omni gra
 titudine. Sed hortamur māsuētinem tuam: ut curam geras no
 stri honoris: & patiaris: ut quod petis: absq; infamia nostra possi
 mus efficere. Quod exercitum misimus in regnum: non fuit: ut
 tuum sanguinem offēderemus: sed ut uiam facti & uiolentiæ de
 regno ecclesie prohiberemus: & rem ad iusticie tramitem reduce
 remus. Nunc si absq; uia iuris gentes nostras reuocarem: appa
 reret: q̄ ātea fuisset iniusti: q̄ tamē secūdū iuris uia pcessimus
 Ea propter ut tuæ uoluntati morem geramus: & honorem nostræ
 conseruemus: uisum est nobis hoc medium opportunum: ut tollā
 tur offensæ hinc inde: & fiant induciæ belli seu treguæ cōuenienti
 tibus modis: & qđ in curia nostra instituatur iudicium de regno:
 & illi attribuat: cui de iure debet: quia nostra intentio ē parti tuæ
 siue Regis Renati tuo intuitu oēm fauorem honestum impartiri.
 Et cōfidimus qđ tua serenitas nō uelit aliud quā quod iustū & ho
 nestum est. Si pars altera acceptabit iducias: fiet iusticia: & ut spe
 ramus cā tui amici & cōsanguinei bene stabit: q̄ solū habebit locū
 ueritas & iudiciū. Si recusabit: tūc habebis: qđ petis: & retrahemus
 gentes nostras de regno cū honesto titulo. Si tui Oratores habuis
 sent mandatū acceptādi treguas: mox eas indixissemus: sed ipsi uo
 luerunt ad tuā serenitatem ipsam rem referre. Et ideo non sunt fa
 ctæ treguæ: quæ tamē nostro & omniū iudicio parti Regis Renati

ADDUCEM

multum fuissent utiles: & alteri p̄ti damnosæ. Oportuit igitur rē hāc differre ad tuum examen: & expectari responsionem tuam. interim stabūt res: sicut solent inter eos: qui bellum habent. Quod si acceptaueris: quæ per nos responsa sunt oratoribus tuis: mox habito responso procedemus ad treguas indicendas: & si recipient: fiet opus laudabile ad tuam & nostram gloriam. Si non acceptabuntur a parte regis Pherdinandi: faciemus indubie quod petis. Subtrahemus gentes nostras: & sinemus rem in manu tuorū: ut prosequatur ius suum: ut melius eis fuerit uisum: prouiso quod iuribus ecclesiæ non fiat detrimentū. Nec credas fili amantissime hæc nos quærere ad differendum: quia: ut dictum est: ex nunc fecissemus inducias uel treguas: si affuisset tuus consensus. Sed quia is abest: oportuit rem differri. Persuade tibi quia uoluntas nostra est tibi complacere. Sed opus est: ut iuues nos: quod cum honore nostro id faciamus. Posteaquē semel egressi fuerimus: hanc litē non intrabimus. iteꝝ eam defacili & studium nostrum erit: ut desyderio tuo morem geramus: & oīa fugiamus: quæ nostram possint beniuolentiam perturbare. Ita hortamur: ut tu facere uelis erga nos nec facile credas his qui mala nunciant. Si posteaquē res hæc cōposita fuerit: inueneris nos promissa nō seruare: poteris de nobis iure conqueri. Sed nunquam inuenies quod uiolentur a nobis conuēta. Fac: ut quāprimum concordetur hæc materia regni p̄ uiam iam conscriptam: & uidebis quia tibi & domui tuæ Pius Pontifex semper erit benignus & gratissimus. Nec nunquā te poenitebit sequi hoc consilium quod damus. Scriptum manu propria die xxviii. Martii M. cccc. lxii.

Pii Secundi: Pont. Max. Epistola siue oratio trigesima ad ducē Mutinæ: qua honeste refellit quædā ab eo scripta ad oratorē suum agentem Romæ.

Ius Epūs seruus seruorū dei Dilecto filio nobili uiro Borsio duci Mutinæ & nostro in Ferraria uicario salutē & apostolicā benedictionē. Nemo ueꝝ de se mīus audit quā publica potestas quæ quāto maior ē: tanto magis fallit. Experti sumus hoc in nobis ipsis: qui posteaquē beati Petri cathedram uel indigni cōscendimus

MVTINAE

praro accepimus: q̄ folium Sibyllæ nobis recitarent. Cecidissemus
 inter multiplices adulantiū laudes: & multa de nobis credissemus
 maxima & falsa: nisi ex humili loco ad hoc sublime folium perue-
 nissemus: & uersati diu apud reges: quibus artibus inauratis pala-
 tiis uiueret̄: p̄callissemus. At tu: cuius & pater & auus & lōga se-
 rie maiores & frater fuere principes: facile capis adulantis hamo
 & nihil te laudati non credis. Probat hoc epistola tua: quā misisti
 Antonio oratori tuo apud nos agenti: in qua fere tot sunt præcla-
 ra de teipso testimonia quot uerba. Nihil est enim illic: quod in
 tuam præcipuā laudē non uergat: & tamen a te dictata depræhē-
 ditur: & tuum sermonē redolet. Iussisti: ut nobis ostenderetur. Le-
 gimus eam: quanuis longissima est: non semel sed iterum. Fuerūt
 enim: & quæ cum uoluptate: & quæ cum molestia audiuius: qui-
 bus abunde cōsideratis: coacti sumus etiam inuiti aliquid respon-
 dere: tecumq; non adulatis: sed publici patris more agere: nullāq;
 boni pastoris partem relinquere. Vera erunt uerba nostra: & si for-
 tasse dura uidebunt̄. Sed melior est amara ueritas q̄ dulce men-
 dacium. Tu si sapiēs: ut speramus: cuncta in partem recipies me-
 liorem. Audi ergo fili: & gaude: quia non impinguamus oleo ca-
 put tuum: sed acri potius rhamno lauamus. Quærelis & purgatio-
 nibus plena est epistola tua. Verum ne iuste quæreris: neque rite
 purgaris. monstrabimus ista per partes: hic capitibus adnotatis:
 in quibus magis instas. Ab initio autem scriptorū tuorum illud
 grauius ferre uideris: quod Antonio legato tuo & Gurrioni ger-
 mano plæraq; diximus: quæ tuo nomini detrahunt: & honorē su-
 gillant: & ponis tu ipse uerba: quibus nos usos dicis. Nolumus ea
 repetere: ne replicata cicatricem aperiant ipsa rememoratione du-
 riora. Per ea existimas nos iam te iudicasse non auditū: quod nec
 deus Adam fecerit: ac si uelis iudicii: quæ sit ordiēda tæla mōstra-
 re: & nandi artē docere pisces. Nos assidue uersamur in iudiciis: &
 ubi sit citatio necessaria: nō ignoramus. Scimus quo pacto notoria
 & quo pacto dubia iudicantur: Nondum contra te sententia ulla
 promulgata est: nec iudicium intēptatum: nec quærela aduersus
 te publice proposita: nec tuus honor læsus. Sed cū accepissemus te
 multa moliri aduersus ecclesiæ romanæ statū: & inimicis nostris

AD DVCEM

consilio auxilioq; adesse: nec deessent ingentissimæ coniecturæ: & id rumor: qui raro mentit̃: publicus cōprobaret: accersiuimus oratores tuos Gurrone & Antonium: deq; tuis actionibus cōquesti sumus. Diximus nō placere quæ contra nos & romanā ecclesiam moliebaris: & plærosq; de tuis moribus repræhendimus: mandātes ut monita nostra ad te deferrent: & te meliorē conarent̃ efficere. Nō tenemus uerba ex ordine quæ diximus. nescimus an his uocabulis usi sumus: quæ ī tuis litteris inseruisti. Illud scimus: quoniam sbocatiatum nunq̃ te appellauimus: quod uerbū in sermōe latino: quo utimur: non inuenit̃. Possibile est inter cōquerendum nos uel infidelitatē accusasse tuam: uel leuitatē nō infamē te redderemus: aut tuæ familiæ gloriam obfuscarem: quā semp magnificimus. Sed ut emēdarem errores tuos: & te reduceremus ī uiam. Nam cum illos alloqueremur: te ipsum uidebamur affari atq; monere: ut deinceps caueres ecclesiam ledere & tuæ parenti aduersari: & ne promitteres quæ nolles implere: quia in altero proditiōnis: in altero leuitatis est crimen. Tu hæc quasi iudicia recipis: & iniuste actum existimas: quod sine processu damneris. Paterna sunt hæc monita non iudicia. Seruauimus euangelicā legem: & quod illa in fratre iubet: fecimus in filio: qui cum te alloqui non possemus: in nos peccantē cōuenimus oratores tuos: & semotis arbitris: diximus quæ de te accepimus: ut te tādē corrigeres. Nā qđ illis dictum est: perinde accipe debes: ac si tibi fuisset dictum. Tu perinde habes tanq̃ ecclesiam adhibuerimus: quod ad ultimū re seruamus: ne uiolemus euāgelium. Inique agis: qui tuo detractū honori censes: quasi te publice criminati simus: quod minime uerū est: neq; in collegio cardinalium unquā: neq; in aliis conuentibus de te uerba fecimus: nisi magnifica & honestissima supplicia & quidem acerba & mortalia uulnera uocitas monita nostra: & ais te illa perpeti non posse. Cogitasse legationem hac de causa insignem mittere: quæ tuam innocentiam ostendisset: postea mutasse consilium: quia sufficeret orator ad expugnationē istiusmodi: & præsertim cum non dubites decem Cardinales etiam in publico Confistorio aduersus nos pro tua defensione assurrecturos: & tuæ astipulatos innocentia. De missione legatorū tuū fuerit arbitrium

MVTINAE

De cardinalibus uide quid dicas. Viri cum graues tum iusti sunt: nec pigebit eos et contra nos ueritati prohibere testimonium. At si ueraces sumus: libentius pro nobis contra se stabunt: nec nos eorum assertiones recusabimus: & si pges expiri iudicium: cōtētabimur: ut inter te nosq; iudices fiant. Nam si te uolueris expurgare: magno labore opus erit: & arte magna. Si qdem ubi macula impressa est: ad benetergendū multa laborat aqua. Cupis ut te hostē declaremus: potiusq; hoc pacto tuā existimationē iminuamus: nā fidei non tantū nostris inesset assertionibus. Nos: quibus tua opa id uiderent exposcere: non tamen adhuc eo propandum censuimus: ut te hostis loco haberemus: sed beneficiis & gratis prosequi maluimus ut uinceremus in bono malum: sicut iubet apostolus. Spantes quā aliquando te ipsum recognosceres: & Pii pontificis beniuolentiam uti scires. Contra euenit: prorūpis in uerba desperationis plena. & asseris te ppeti non posse impropria nostra quesitūq; modos: quibus his molestiis ex uariis siue amicos: siue inimicos experiri debeas: & traditurū alteri Ferrariae clauēs: mutaturūq; dominū. Atq; hoc esse magni aī: cui carior est honor q̄ dominatio. Nimum delicatus es: si non quis tui domini pferre monita: & si mauis priuari dominio q̄ repræhendi. At si probaueris alium dominū intelliges quid sit ecclesiae subesse. Quocunq; uertes: poenitentia præsto aderit. Facis more hoīum: quibus contēptui est mite impium. dāt tamen aliquando contēptores poenam. Tu si sapiēs: non quæres meliorem panem: q̄ triticeus est. Nec progenitorū tuorū uestigia deserēs. nec moleste feres tui domini repræhēsiones: etiam si fuerint indignæ. nec magni animi iudicabis principatum relinquere & dominationi sponte cedere. Dionysio Syracusarum tyranno in arce ab hostibus clauso: & nullam spem retinendæ potestatis habenti cum Polyxenus socer consulere: ut uelocissimo equo cōscēso intra fines carthaginensium sese reciperet: damnauit Phylistus qui postea historiam conscripsit: aitq;: haud expedit tibi Dionysii equo uectum sponte extra dominationē euolare. Sed contra p̄ cura: quod adiures: suppetant reluctantē extrahi. Eloris quoq; inter amicos Dionysii non infimus: idemq; poeta dominationem inq̄ honestissimum esse sepulchrum. Nō est nobis dubium cum hos

Phylisti
consilium.

quo ad
uires

AD DVCEM

sententia tuæ menti magis amica sit: quoniam Polyxeni quanuis aliud uerbis exprimas: tuo tamen ex aîo pendent oia: quæ dixisti: & tui arbitrii est ea uel facere: uel negligere: exitus ipse ostendet: an sis eius celsi aî: quem laudas: expurgationem deinde tuâ ingrederis. Atq; in primis idcirco nos tibi succensere diiudicas: quia nolueris aduersus proditorē ecclesiæ Romanæ Sigismundū arma sumere: qui tibi sanguine iunctus sit: & consuetudinē maiorū tuorū prætedis: qui pacifice cum uicinis uiuentes: & opes multas cumularunt: & mirifice a suis subditis amati & obseruati fuerunt. Nos & si æquum censemus eum: qui uassallus est: seu uicarius: pro salute sui domini arma cape: & maius esse uinculum inter subditū & dominum q̄ inter cognatos & affines. Scimusq; sæpe patres in filios: & filios in parentes pro statu sui principis strinxisse ferrum non tamen propterea tibi subirasimur: quia Sigismundo non inferis bellum hoî pncioso & fetido. Neq; hoc unq̄ tibi crimini dedimus. sed illud reprahendimus: accusauimus: acerbè tulimus qđ oîum hoîum sceleratissimū excōmunicatum hostem ecclesiæ declaratū domi apud te sæpe habuisti: eiq; cōmunicasti: & ut nobis affirmatum est: petenti opem denegasti. hoc certum est: quod hereticum & anathemate percussum non euitasti. nec timuisti césuras nostras. Et q̄ quis excōmunicationē incurristi ei cōmunicans: qui a romano præfule excōmunicatus est: non tamen diuinis officiis abstinuisti: quæ tua præsentia polluebant̄: Inuisibile est anathema: & inuisibiles opatur effectus. tu hoc aut nō sentiebas: aut non curabas. Nos aut qui scimus excōmunicationem instar lepræ contagiosam esse: & tui cā dolebamus: & eorū: qui tecum cōuersarentur: nec poteramus nō ægre ferre: quod in terris ecclesiæ maiestas ecclesiæ cōtemneret̄: & eius hostes honore cumularent̄. Hoc doluimus Borsi: nō quod bellū recusares tuæ: ut dicis: insuetū familiæ Nā deo uolente satis erunt ecclesiæ uires ad expugnandam delendāq; detestabilē & abominandā Malatestarū familiam: quæ nō solum ecclesiæ romanæ dominæ suæ: sed fidei catholicæ bellū intulit: & turcorū impiam gētē in italiam studuit aduocare. Nec tu nobis Alphōsum regē: aut alios cōmemoraueris: quorū societate recuaueris: ne bello implicareris. Vide q̄belle arguis: Negauit regi: possū

MVTINAE

& papæ negare. admisit rex excusationem: cur non admittat papa:
 tanq̄ minor sit papa q̄ rex: & minus ecclesiæ sis obnoxius q̄ regi:
 ita rationaris. Admittimus argumentationes tuas: quando plus
 armis q̄ dialecticæ opam dedisti: & si nunc arma recusans: dialecti-
 cam uideris amplecti. Nescimus quanti apud alios momenti erit
 hoc argumentū. Quod propterea sibi uult: cum te dicis nō optare
 ampliatiōē dominii: & contentari eo quod a maioribus accepisti.
 An bellum augendi tantum dominii cā geritur? At id non est iu-
 stum ad res repetendas: ad uim propulsandā: ad opem ferendā his
 qui patiunt̄ indigna: ad obediendum suo principi iuste sumuntur
 arma. Qui pp̄ gloriam & impium augendum bello uicinos infe-
 stant: rem p̄niciosam agunt. Sapis tu: & inter paucos es laudāus
 si parta tibi sufficiunt: ne ultra cupis: & philosophi magis q̄ prin-
 cipis uitam induisti. At nos ex ore tuo accepimus sperare te breui
 uenturam esse in potestatem tuam urbē. quā non ignobilē quam
 nolumus noiare: & tum q̄dem affirmasti oēm te opam impartiri:
 ut illius dominio potiri posses: quæ tua nō est. Sed mittimus ista
 illuc p̄gimus: ubi de mutuo denegato te purgas. Quo in illo nō
 ita rem narras: ut gesta est: si dominico fuerit credendum: q̄ nos
 inter & te fuerit interpretes. Audi quō ille ad nos scripsit: qui neq̄
 puer est neq̄ sopniator. Ait ille se fuisse in domo tua: teq̄ multa
 locutum de tua ardētissima erga nos caritate: & inter cætera: qd̄
 admōm cuperes edoceri: in qua te nobis posses morem gerere: qd̄
 nil tibi iucundius esset: quam nostris desyderiis satisfacere: se
 q̄ respondisse nos bello implicitos necessario nullius rei egentio-
 res esse q̄ pecuniæ: quam belli neruum dicunt: facturum te opus
 egregium: nobisq̄ acceptissimum: si auri. xx. milia nummum aut
 aliquid amplius mutuo traderes. excepisse te id sermonis alacri
 uultu: exhilaratumq̄ dixisse quod petentibus nobis hoc mutuum
 haud quaquam negares. Suadebat igitur Dominicus: ne rem in-
 temptatam relinqueremus: quia certum esset te aurum numera-
 turum adeo te uerbis efficacibus obstrīxeras. subrisimus acceptis
 litteris. diximusq̄ Dominico non bene notum esse Borsium: qui
 dicta eius pro factis habet. Subiratus est Dominicus: cum accepit
 suum apud nos cōtemni iudicium: rescripsitq̄: ne tuas oblationes

paruifaceremus: quoniam aut nulli credendum esset: aut seruare ipse uerbum tuum. Quibus auditis significauimus ei: si sibi uideretur: aug. peteret: scire se tamen deceptum iri: multumque distare obseruantiam a promissis. rediit ad te Dominicus: & postulato mutuo nihil obtinuit: & confessus est errorem suum & te nobis: quoniam sibi notiores esse suis litteris affirmauit. Sic res acta est. tu inde excusationem praetendis: quia non inuenisti aug. Facile est nolentem non inuenire. Recordati sumus illius poeticæ sententiæ id hominum genus reprobatis: quibus in denegando paululum pudor adest: post ubi tempus est promissa iam perfici: tunc coacti necessario se apiunt & timet: & tamē res eos premit denegare. Et paulo post: Si rege ubi fides nihil illos pudet. hic ubi opus est: non uerent. illic ubi opus non est: ubi uerent. Nemo qui ducem Mutinæ auri. xx. milia nummum non posse alicunde corradere cum uelit: dum modo uelit: arbitretur. Sed multum distat a uoluntate uoluntas. Nec fugientem iudicii poenas filium missus pater inire facile repiet. Tibi an cordi fuerit mutuū facere: nemo te melius nouit. Nos pudet tederetque non mutuo: sed amico carere: quem probando perdidimus. Sed ad res gallicas sermo uertatur: propter quas iratos nos tibi affirmas tanquam iniquo tulerimus animo te franciæ regibus esse propensiorē. At hæc respondes: quis ex domo franciæ ducas originem: & oratoribus gallicis sæpe honores impederis: ex tua consuetudine quemadmodum cardinalibus & cæteris uiris præstantibus illac transeuntibus: nunquam tamen aliquid tractatum esse te: quod statui nostro aduersaret. Es, n. Italus: nec uelles francorum cum aliquem Italum ledere. Constanter inficiaris te duci Iohanni: aut Comiti Iacobo aliquod auxilium præbuisse: & opinionem nostram: quam de tua in Gallos affectione nos asseris concepisse fantasiæ nomen indidisti: tanquam fantastici simus: bis enim fantasiā uocas. Damus tibi arbitrium: ut de nobis loquaris: ut libet: nec propterea erimus alii quam sumus. Nos de tua origine non disputamus: neque inficias imus maiorum tuorum nobilem & antiquam originem esse. Rursum quoque amicū & regibus esse Franciæ & illis obsecundare nunquam dānamus: cum modo Romanæ ecclesiæ: quæ tua domina est: non insidiarieris. Procul a uero est opinio tua: quæ te idcirco displicuisse nobis existimas: quod benigne Gallos oratores exceperis. Carolus

Rex Franciæ illustris huius: qui nunc regnat: pater absq; culpa nostra magnopere nobis fuit intensus: nec tamen unquã repræhēdimus. Legatos eius in domo tua honoratos esse. Quomodo id nūc damnaremus in Oratoribus Iodouici Regis: qui de nobis & apostolica sede optime meritus est: & a nobis admodū diligitur: & obseruatur: nec legati eius absque honore præcipuo ex nostra curia recedūt. Dicis te non misisse ullos ad eum nuncios: ne quēpiam offēderes. Nescimus quos timuisti: tu ipse scis: nos certe uereri in hac parte non oportebat: quando & nos ad eū misimus: & tota ferme Italia misit. Tu si non misisti: ut ais: aliorum certe causa abstinuisi non nostra: Nam nos te neq; regi amicum esse dolemus: neq; duci Iohanni: quem non minus uirtute: quam genere nobile dicūt. At quod illi & comiti Iacobo nullo præsidio fueris: quo uultu asseras: ignoramus: Cum Hercules germanus tuus: quem de prodicione Regi Pherdinando facta apud principatus Italiæ palam insinulasti: nunc eidē Duci contra Pherdinandum militet: Et magna ex parte tuis alatur stipendiis. Cum sæpenumero comiti Iacobo argentum miseris: & tu ipse auctor fueris: quod princeps Tarentinus eū conduxerit: sicut compertæ tuorū domesticorum litteræ insinuāt. Sed quid coniecturis opus est in rebus manifestis? Siluester picinini Comes quasi alter Achates: qui æstate proxima ante hanc illius nomine aduersus nos bellum gessit: & usq; ad urbis mœnia prædatus est: ac propemodum Tibur abstulit insignis latro & hostis ecclesiæ manifestus: his diebus tecum in colloquio fuerit: quē tu nostri contēplatione blande allocutus magnifice honorasti: militemq; conducere: arma & equos emere ī tuis terris absq; ullo impedimento permisisti. Potes hoc negare: si uis: quanuis extant litteræ tuæ: quibus te colloquio Siluestri efficis mētionem: si dicimus te multa transegisse cum Sigismundo hominum sceleratissimo: & cum Picinino aduersus statum nostrum: & si non accepimus testimonium tuum: in quo negas: non mirere. Nā tu ipse fateris: quod gentes mundi non credunt tibi: sumus & ipsi in mundo: & cōmunem sequimur opinionem. Nec adhuc testimoniū dei audiuimus in contrariū: quod imploras. Illo audito sententiam mutabimus: quia ipse ueritas est: & mentiri non potest. Interea non possumus

AD DVCEM

more hominum uæhementibus non auscultare coniecturis. Scis quod sæpe auditus es dicere: ego francus sum: nec possum Francis non fauere. Ferraria schola Italiæ est: in qua quæ nescitur: nusquam scitur: quæ uerba cum aliis operibus tuis profecto aliquid significant. Cardinalem Atrebatensem citas testem: & Regis franciæ litteras: qui tua erga se officia non satis probet. Nolumus Cardinalis de te sententiam quærere. Regis repræhensiones probamus. Vellet enim te apertum esse nec ulla uti dissimulatione: & ita sane dicebat uel consanguineum uel amicū. Nam qui sub pallio præstat opem: nec satis animosus est: nec suo facit officio satis: amicis & consanguineis palam subueniendum est. & magnanimi est occultare quæ faciat: siue noceat: siue prosit. Ingens spiritus non quærit tenebras. Leo manifeste irascitur. Draco occulte insidiatur: uilissimi cordis est more uulpecularum quasi per furtum aliquid agere: quod si amas francos: ut ais: & si sanguis illorum es: cur non publice partes illoꝝ tueris? & manifeste suppetias bellantibus affers? Nemo te accusabit: quando tot sunt uincula. nec nos damnabimus: dabimus amico ueniã: qui subuenit amico. Nec improbabimus consanguineum: qui consanguineo opem affert. Et simul sciemus: quid de te sentiendum sit: Cæterum ne falsa opinione ducaris: existimas nobis molestum esse tuum cum gallis commercium: edicimus tibi palam. Nos eum: qui nunc regnat in Francia Regem loco filii habere & amare toto pectore: si quem mortalem amamus. Sic enim egregia sua uirtus: & altus animus: & beneficia: quibus romanã ecclesiam cumulauit: exposcunt. Non est igitur: quod opinari queas ingrata nobis esse tuam cum eo beniuolentiam. Illud ingratum nobis est: quod ei non aperte faues: & quod illi causam præbes: ut de te non satis contentus existat: qui dum ei simul & aduersæ parti uis amicus uideri: neutrius plenã unis gratiam. Hæc ad Gallos: quos ut seruato iure: quo teneris ecclesiæ: & ames & obserues hortamur: quis nec illos ultra cupere credideremus. Nunc de uenetis agendum est: quos te nobis odiosum reddidisse arbitraris: quoniam ad eos nauigaueris. Et asseris te nihil cum eis egisse: quod nobis molestum esse debeat: in qua re possis eorum uti testimonio. Cur iueris Venetias incertum nobis est: quauis non uulgarium hominum neque læuium litteræ

ad nos datæ sunt : quæ te perniciosas statui nostro res molitū affirmare: quæ Senatus ille grauiſſimus & iuſticiæ tenax tuis ſuaſionibus non auſcultauerit. De ſuo autem erga te amore uel odio nihil meminimus nos dixiſſe, neq; eim illius reipu. ſecreta nouimus nec noſtri moris eſt incerta pro certis aſſerere . Non eſt igitur uerbum noſtrum: quod te Veneti puniri ſint inſenſi tuis moribus ut ais: nos affirmariſſe. Tu tamen noſti: quæ nobis Ferrariæ de illo Dominio locutus fueris, nos illa nunquam uiuenti homini effudiſſimus: ne tibi noceremus : & ſcis quæ ſuaſimus tibi: ut amiciciam Venetorum magnificares: quorum præſidio rem tuam ſeruares. Cur tuū ad eos iter dānauiſſemus: aut cur inde fuiſſemus indignati tibi? An non potes ire quo uelis? Libertas huius rei penes te eſt: quæ uis innuas in tuis litteris te non ueniſſe ad nos Mantuam : ne Venetis diſpliceres: & tamē eo tempore cum tuum quaſiuiſſemus aduentum non Venetos te uereri: ſed aſtra reſpondiſti : quæ tibi mortē portendebāt: quorū eſt magna prænunciare. Vide quam fueris tibi ipſi conſtans. Multis te uerbis expurgare niteris : quod neq; cū Venetis: neq; cum Gallis: neq; cum aliis quibusuis hominibus aliquid tractaueris in cōtumeliā aut damnū noſtrū, & accuſas nos quod leuiter credimus delatoribus. An ſit leuiter credere: quæ tot aſtipulatores habēt: tu ipſe iudica: qui pauloante dixiſti tibi gentes mundi nō credere: quod ſi ita eſt: quod nos credimus: cuncti credūt . & ſi leues ſumus: omnibus ſumus leues: qui mūdū incolunt. Aſſeris quod in ignē irēs : corpusque omne dares flamæ pro ueritate aſſeruanda innocētiæ tuæ: nec tibi flama noceret. Primo totū corpus igni experimento deuoues: poſtea: quaſi poenituerit: ſolā manū offers : ut Scæuolæ imiteris exemplum . Et ais quod non arderet manus tua igni admota. ueritas incendio reſiſteret. Recte Scæuolā adduxiſti. Nam mutui delicti conſcius eam: quæ peccauerat : manum foco admouit. paſſus eſt cōſtāter exuri . hominis conſtantia in eo faeto non innocētiā laudatur: & tu ſi ita conſtans fueris: parem cōtequeris laudē Sed cauebis: nec quæ dicis: omnia facies. Perraro eim magna dicuntur antequam fiant: & facere uiri fortes quam dicere malunt. Angeris, indignaris , iraceris quod te leuem & nugacem & uerboſum ſiue linguacem: ac deniq; parum penſi habentē ſtul-

tūq; esse dixerimus: & odio prosequamur: cum te subditi tui & cū
 cti Italiæ populi ac principes nobis exceptis & amēt: & prudentem
 existiment. Si ita esset: non ab re doleres: & iusta esset querela tua.
 Verum nos te neque stultum: neq; amentem unquā iudicauimus
 neq; illa tibi ascripsimus unquam uitia: quæ nomina: quanuis de
 tuis oratoribus questi simus. Nam quo pacto sbocatiatum te uo
 cauissimus: quod uerbum latina: qua utimur: ut ante diximus: lin
 gua non habet. Quomodo te stultum appellauissimus aut amētē
 cuius astutias sæpe repræhendimus: & nimias in rebus agēdis cau
 tiones atq; uersutias? De leuitate potuimus aliquid dicere: cū de
 tua inconstantia loqueremur: qui pmitteres: & nō faceres: qđ nō
 potest leuitati non ascribi. Quod te odio prosequamur: cū cæteri
 ament: non recte ais: nam quanuis tua quædam facta damnemus
 te tamen non possumus non diligere: qui homo es & creatura dei:
 & multæ in te sunt partes dignæ amore & laude: & nos christi lo
 cum tenentes imeriti cunctos fideles ī christo diligimus & te præ
 fertim: qui uassallus noster es: & ecclesiæ Romanæ uicarius. Dole
 mus tamen aliquando quod non exequeris tuum munus: neq; il
 lum te exhibes domino tuo: quē debes. Sed odium procul abest &
 rancor & maliuolentia: quæ sit autem aliorum de te uel existima
 tio uel opinio: & quantum ab eis ameris: non est exploratum no
 bis: sed testis es tuipse tibi: qui & Venetos te magnificare & ama
 re uæhemēter affirmas. Amplectimur testimonium tuum: quāquā
 ex alieno ore tua laus efficacior exiisset. Quibus officiis & Ducē
 mediolani: & Ducissam: & Comitē Galeacium sis psecutus: mul
 tis ī medium uerbis affers: & coli te ab illis & obseruari & magno
 habere in pretio asseris. Non imus inficias: quāuis nō omnes pri
 cipes ita sunt aperti ut nos: & illi nostra ætate uidentur sapere: q
 melius dissimulant. Quod Florentini: ut ais: prudētē & circunspe
 ctū & alti cordis sensusq; magni principē ducant & ament: & nul
 lam unquam tibi de finibus litem moueant: & subditos tuos nul
 lo dāno: nulla cōtumelia afficiant: audiuius non sine uoluptate
 tuocq; nomini magnā accessionem hinc factam esse cognoscimus
 q te populus ille inter ethruscos oculatissimus admiret & laudet
 illa ē eim uera laus: quæ ab homīe laudato pficiscitur: multo ma

gis ab excellenti populo. De Mantuano principe & anima una in duobus corporibus: sicut Aristophæes ait: cōsentimus tibi: & quod ille perspicacem & cautum & sapientem & principem iudicet: tuā sequimur auctoritatem. Nec Bononiēses & magnificare & procul uidentē existimare negauerimus. At quod te ament non fit nobis uerisimilis: cū suos exules in tuis urbibus foueas: nisi occulta est inter uos intelligētia: cuius rei tibi iudicium reliquimus. Illud exploratissimū est: quod de tyrannis Romadiole affirmas, es illis: ut scribis: carus atq; acceptus: Sigismūdo præsertim homini pernicioso: & fratri eius nihil meliori. Quibus uel fauisti contra nos: uel non astitisti nobis cōtra eos ut tenebare. Verum ex cōmertio tam facinorosæ domus nulla tibi assurgit laus: & cautius erat hunc locū præterisse: & si cōsanguinitas intercessit: ut ais: nō ē efficax testimonium sanguinis. Pergis ad Regis Pherdinandi negotia: & plurima dicis de patre suo: & de affinitate: quæ tuo germano cum illo fuit: & lōgas explicas rerū ambages: quo modo te Alphonsus amauerit honoraueritq;: & munera quæ illi attulit. Quod nūquā Pherdinando nocueris: & litterarum eius exemplaria nobis misisti: ī quibus ille te optime meritū de se affirmat: Ais tamen nepotem tuū qui cum eo fuit: aliam Regis mētem ad te detulisse: & plus Regi: quam tuo nepoti adhibes fidei: & tamē dicere soles nobilissimum æstēsis familiæ sanguinē ueracē esse: nec scire mentiri. Si ita ē: cur Pherdinādi litteris: quā nepoti tuo magis credis? Si uera ē Pherdinādi epistola: mentitus ē nepos tuus. Si uerax tuus nepos: falsa ē epistola: nec de te Pherdinādus bene sentit. Nos & nepoti tuo credimus. & Pherdinando ignoscimus ea scribenti: quæ tibi placeāt: quia non est calamitosi hominis & ī aduersa fortuna constituti potentis principes: etiam nocentes accusare. fatetur potius: quæ illi uolunt: & tollerat: & dissimulat iniurias siue ut desistant persequi siue ne magis noceant. & multum interest: quo tempore quis loquatur. Posteaquam multa inculcasti de tua in te omnium gratia nobis demptis: dicis te more progenitorū tuorum ī bellis: quæ Italiam agitant: neutri partiū adhæsisse ipsamq; neutralitatē magnis effers præconiis. Nā tui subditi hīc ditati sunt pace fruētes: & sæpe Italia tuorū studio maiorū: q̄ neutralitatē seruauerunt: ad otium

AD DVCEM

rediit, Subdisq; & patrem tuum: & alios antecessores sæpe graua
 ī se odia excitasse: cum essent neutrales dicentibus his: qui conten
 debant, Qui nō est mecū: contra me est: & idem tibi nunc ais acci
 dere: quē oēs oderunt: quoz; belli societatem refugis. Multi ergo te
 oderūt: qui uel Fherdinādū: uel Renati sequuntur facta: qui multi
 sunt: & ipsi contendentes oderunt. Non igitur solus te Pius Ponti
 fex odit. En quam cohæret ista prioribus. Sed damus ueniam mul
 ta dicenti: qui nō potest ī multiloqo deesse peccatū. Extollis pluri
 bus uerbis neutralitatē: & rem iustā ac pernecessariam cōaris ostē
 dere. At Solon: qui leges dedit Atheniēsibus rem ciuitati pernicio
 sam censuit exilioq; neutrales mulctauit. Stante basiliensi cōcilio
 cum germani neutralitatē quandam recepissent & ab Eugenio &
 ab ipso cōcilio reprobati fuerūt. Et sunt qui angelos quosdā ex cæ
 lo præcipitatos aiunt q̄a pugnāte Michaele archāgelo cū Dracone
 stante bello dubii fuerāt nec agno adhærentes nec lucifero. Bono
 nienses: quos tibi amicos asseris: eos: qui diuisa ciuitate partē nul
 lam recipiunt: male transuersos appellāt. Christianitas tota quasi
 ciuitas quædā est dei in terris quæ cælestē inquirat Iherusalē: hanc
 unitam esse conuenit: qđ si diuidatur ī partes: & altera impugnet
 alteram: ei cōsentiendū ē: quæ iuste induit arma: ut fiat belli finis:
 & discāt iniqui pacē tenere: & parere superioribus: Etsi licet aliquā
 do belli expertem esse: id profecto nō licebit domino iubēte: ut ar
 ma pro se capiat contra hostem suum. In his quæ pendent: ex gra
 tia & arbitrio poteris neutri auxilia subministrare. Vt si Veneti:
 & Florentini: uel Mediolanēses inter se pugnent. q̄do istoroz; nemo
 tibi superior est: & quidqđ ex te petunt: ex gratia petūt. Secus ī Pa
 pa fuerit: cui uel nō roganti teneris ut domino assistere. Si modo
 eius Vicarius es: ut non tam opere: quā uerbo fateris. At dicis non
 posse te perpeti mortalia uulnera nostra: hoc est uerba: quibus te
 reprahendimus: & peremptoriū nobis cōminaris edictum: quasi
 grādem aliquam sis factururus mutationem: nisi desistamus te ob
 iurgare: plusq; commoueris nostris uerbis: quam nos tuis factis
 agitemur. Est tamē tui arbitrii facere ut uelis: & uti edicto perēp
 torio cum tuo domino: quādo eum nō habes ut dominū. Facile pa
 tiemur te sequi desyderiū tuū: si non poterimus impedire: nec ho

mines sine lege: nec equi sine fræno retineri possunt. Si leges contemnis: difficile est in officio te retinere: qui posteaquam aliquandiu acerba locutus es. Deniq; subiūgis uelle te scire quo pacto debeas nobiscū uiuere: tanquam uelis obsequi nobis: si noscas quæ sint officii tui partes. non est quod te multis moremur: breuis est formula. Recte uiuito: nos nihil ex te quærimus: nisi quod æquū: qđ debitū est. Tu nisi omnes: quas petis: ex nobis gratias obtineas iniuriā tibi factam putas: nec distīguis inter debitū & gratiosum & cum res arduas ingentesq; petas. si negantur. gratiolas inquis obtinere non potui. si conceduntur. & quid est: ais: parua res ē mihi concessa: quæ nulli plebeio fuisset negata. Atq; ita fit ut siue negemus: siue concedamus: quod postulas: parē ineamus beniuolentiam. Petiisti: ut publicani: qui tuo nomine ab ecclesiasticis uiris uectigalia exegerunt: absolui posset. Indulsimus. teq; alieno donauimus ære. Tu hoc minimum ducis: & tātō te munere indignū reddis. Nec priuilegia tibi concessa trahis ad gratiā: quæ plurima sunt. Relinquemus deinceps ī terminis iuris: atque ita intelliges quot quantasq; gratias a nobis acceperis. Non erimus iniurii tibi si iuri te relinquemus. Amplificas: & admōm extollis: quæ ī nostrā laudē feceris uel utilitatem. quæ uero accepisti a nobis: imminuis atq; contemnis. Quod nos laudaris: habemus tibi gratias: quāuis non stabit laus nostra: nisi operibus nostris conueniens fuerit. qđ quid supra uerum dicitur: caducum est: tua tamen probanda uolūtas ē. De utilitate: quā nobis præstiteris: amplo loqui ore nō possumus. non es tamen fraudatus tua laude. Misisti ad nos uasa quædā siue uitrea: siue christallia pulcherrimaq; de auro atq; argēto uestita: quorum ualor mille aureos non excessit: at qui ea detulit secum priuilegia ad te rettulit multarū & magnarū rerum quarū taxa auri decē millia nummū ascendisset: tibi nihil constitere: gratis enim cuncta tuo Annibali ingenio nō natu pœno tradita sunt. Honora sti nos ferrariæ egregie quidē ac magnifice: & cū Mantuā iuimus & cum inde rediimus: nec negamus nos īde tibi obnoxios esse: quū uis sine tuo magno dedecore & ingratitude nota nō poteras tuum dominū non honorare: qui te sūmo cumularat honore: Ferrariam petēs: & ī tuas ædes familiariter & absq; ulla pactione uel cō

AD DVCEM

diciōe descēdens. Quæ res tuū nomē orbe toto clarius atq; illustrius reddidit. Nec quisq; fuit: q te papæ aduentu nō magis exaltatū existimauerit: q̄ papā tuis honoribus decoratū. Nos tamen officiū tuū non dedimus obliuioni: nec propterea satisfactū liberalitati & magnificentiæ tuæ iudicamus. Sed auximus gratias: & qđ maxie cupiebas: quanq̄ non satis ex honesto cupiebas: Episcopū ferrariensem ad feltrensem transtulimus ecclesiā: nō q̄ aliqd deliquisset: erat. n. uir grauis & iustus. sed quod eum priuatis quibusdā simultabus recto intueri uultu nō poteras. Nec suffecimus ei extraneū quempiā aut ignotū ingratumq; tibi. Sed eligimus ex familia Ro uarellarum: quā inter paucas obseruas Laurentiū p te nobis sæpe cōmendatum uirum excellentē . & litteris & moribus sacræ theologiae studio inter primos laudatum. Optabas Bartholomæū eius fratrem Archiepiscopū Rauēnatem in Collegio Cardinalium assumi: idq; litteris & nunciis & ore tuo sæpe a nobis efflagitasti. Egissemus: ut primū facultas data est: tuæ ingenti cupiditati morem: & ais nos tibi cūcta negare: quæ petis. & siquid obtines: gratiolas impetrasse te minimas dicis & nulli negādas: fortasse parua existimas priuilegia & indulta q̄ plurima ex nostra cancellaria obtenta: quia nihil soluisti: & liberaliter gratisq; omnia concessa fuere. More hominū facis: illa pluris existimantur: quæ carius emūtur: quæ gratuita sunt: ipsa donatione uilescunt. Tu si nostra tuaq; beneficia in æquilibrio posueris: inuenies te longe superatum. Nec nos hortaberis: ut nepotum nostrorū salutē & firmamentū ī tua quæramus familia: ut ad oratorē tuū scribis. Suades enim ut meminerimus: qui fuerit exitus nepotum aliorū pontificum: qui post illorum obitum mox corruerunt. Commemoras uetustatem tuæ domus: quæ per tot sæcula durauit: tutumq; nepotibus nostris refugium ī tua domo quærendum censes: id fiet: si te beneficiis prosequemur: ostendamusq; te nobis esse carissimum: retribuēs eim nostris nepotibus. Vis prius accipere: q̄ dare. Fœneratoris hoc fuerit q̄ pignus ante capit: q̄ mutuā pecūiam e manu mittat. Venditores prius mercē tradūt: deinde pretiū accipiunt. Esto fiat: qđ admones. Erit ne p̄pterea bene consultum nepotibus nostris? Non dicis qđ multa expectare illi ex te queant: sed refugium: ais: habebunt in

MVTINAE

domo æstēsi. Refugium eiectis extorribusq; cōuenit: exulare illos prius oportet: deinde apud te refugium iuenire. At qđ refugium? tecti ne an uictus? uestitus ue? An quod Moses apud sacerdotem Madianitā. An qđ dauid apud Achi filium Maochi regem Gethi. Incerta est hęc refugii promissio: quod etiam fugientibus ex ore canum aliquando feris præbet. Pulchre nepe refugium nostri ne potes abs te sperauerint post obitum nostrę: qui nobis uiuētibus & summis te beneficiis pro sequentibus iniurius eis fuisti. Andreas: Ptolemæus: & Iacobus pater eius testes sunt: quibus quas minas intuleris: tuę litterę docent: quę in manus nostras puenere. Alter eorę frater noster secundum carnem consobrinus est: alter nepos nec tamen eis pepercisti: quis consanguineos tuos appelles Egerrime tulisti nos Andreę in tuo territorio ecclesiasticum beneficium contulisse: & reseruatum quidem atq; in curia uacans. Restitisti: & diu impediisti. Quomodo tua nostris nepotibus elargire: qui aliena eis donari non permisisti? Satis hoc indicat: qualis post obitum nostrum sis futurus: qui dum uiuimus: talē te exhibes. Nam si hoc fit in uiridi: quid fiet in arido? quāuis non habet cęli decretum post nos uicturę te esse: & nescis quid uesper uehat. Multus est tuus de nostris nepotibus sermo: & arbitraris nos eos uelle reges constituere. Falleris. Non quærimus eis montes aureos: nec propter eos spoliabimus Romanā ecclesiam: nec ut eis benefiat: uel tibi: uel aliis remitemus cęsus beato Petro debitos. Facilius erit bonę ecclesię a nobis eripere: q̄ recipere. Nepotes nostri eā ferrent sortem: quam tulerunt aliorum pontificum: uel cōsanguinei: uel affines. Satis erit eis: si tanquam priuati ciues honeste queant uiuere: nec si tibi æquabunt nec cęteris æstensibus: quorum nobilitas uetusta est: & opes multę nobis cura est: nō de nepotibus nostris: quāuis eos non negligimus: sed de sede apostolica: quę multo antiquior est: & nobilior tua domo: & si non male audis: et ditior huic consulimus: huic pdesse studemus & scimus quā sicut tu morieris: & successorē habebis: ita & nos morituri sumus & habituri successorē: quē sacrū collegium elegerit: & is erit Iesu Christi uicarius pater pauperū æterni regni clauiger: nec noster tātū ueq; et beati petri successor huic hæreditatē seruare itegram

AD DVCEM

cupimus. Nec maior affectus tuus est erga hæredem: qui tibi succedet incertus quàm nobis erga successorem: quem certi sumus adeo eligendum esse. Nec familia nostra piccolominea uel paup absque gloria erit nobis uita functis: quæ Romanum pontificem unum genuit: et si non sumus hoc culmine digni. Tu fruere ut libet domus tuæ nobilissima fama: & maiorum te titulis ac triumphis oblecta. tantum desine nepotibus nostris uel ignobilitatem: uel paupertatem exprobrare: meminerisque multorum regum parètes fuisse seruos & seruorum progenitores aliquando regnasse: nec potentiam ullam ulli inter mortales non deficere: nec nobilitatem non obscurari. Atque hæc de nepotibus nostris: quorum te curiosum esse non inuiti audiuius: si modo uera caritas est & non mercænaria: Videris tamen omnia tui emolumentum causa dicere: ut te magnificemus. & reuerteris ad purgationem: & iterum atque iterum obiecta non tam refellis quàm negas & instas: ut tibi negati fidem habeamus: & quoniam hoc assequi desperas: offers ad confutandam calumniam: quam tibi falso impositam dicis auri centum milia florenum uelle deponere apud mensarios Romæ: qui nostro cedant ærario: nisi tuam innocentiam plane ostendas: nec diu manes in proposito: mutas oblationem euestigio: & depositum ipsum transfers: inuades: atque decem cardinales hanc summam tuo nomine promissuros: neque dubitas quin singuli eorum pro decem milibus sese obligent: tanta est tibi de his fiducia. Quid hic dicamus? hæc profecto uia est: qua te optime purges. hic est legitimus defensionis modus: Acceptamus oblationem tuam eo quo fit ordine. Deponito auro: aut uades dato: non recusamus cardinales: si non probaberis deliquisse: impune ab his ac pecuniam & famam refers tecum & dignus eris quem magnis efferamus præconiis. Pulchra res: bellum inuentum prouide cogitasti. duplex hic periculum fiet: & tu experieris: quantum te cardinales ament: & nos palam uidebimus: an teneas quod polliceris nostra sententia est: neque te dicta seruaturum: nec cardinales tuæ satisfacturos opinioni. Falli uellemus: Sed non patieris adeo labi romanum pontificem: ut falsa pro ueris accipiat: neque plus uirium hæc oblatio habebit quam altera Dominico facta de argento: & altera nobis de petenda Mantua. Atque magnopere petis: ut te

in priorem gratiam recipiamus: & omissis quærelis te amemus .
 te honoremus, & cū aliis beneficiamus, nec te unū postergemus.
 Cupisq; tandē scire: quo in te aīo simus . Libet tecum apte loqui:
 & nostrā seruare consuetudinē, libera est mens nostra: & quod ge-
 rimus in corde: promptū habemus in ore, Audi ergo aī nostri sen-
 tentiam: nec uageris amplius incerta pro certis habens, folium ti-
 bi non Sibyllæ: sed euangelii recitabūus, Nos neq; te odimus: neq;
 contēnimus: nec familiam tuā libenter ledimus: sed admiramur
 paulū: ac dolemus quod eum nō te nobis exhibes: quē spauimus
 & qualē te esse uel familia tua : uel dignitas requirit: atq; iccirco
 tuos legatos absq; arbitris seorsum accersitos adhortati sumus :
 ut te nostro noīe cōmonerent ab errore abire & in uiam reuerti :
 ne pgeres ulterius Romanū offendere pontificem : qui dominus
 tuus est: & cuncta quæ de te acceperamus: illis apta fecimus . Si
 non sunt uera: quæ tibi obiecimur: recte negas, Sed purgāda sunt
 indicia: & coniecturæ dissoluendæ: & faciendū depositū: quod pol-
 liceris, Sin uera de te locuti sumus: & iusta est querimonia nostra
 non multa ex te petimus, Fatere delictum: & præsto sumus uolēti
 mores corrigere ueniam dare, Imitare filium prodigum sua pecca-
 ta confessum: & apponet tibi pater uitulum saginatū: & fiet ī tua
 conuersione læticia similis illi quæ refertur in euangelio, Sed nō
 pōt facile adduci: ut peccasse aliquando censeas, Recta tibi & sum-
 ma laude digna cuncta uidētur quæ agis: Atq; iccirco præter nos
 principes oēs te colere & admirari magnope asseris, In culpa sunt
 domestici tui: qui raro uerū tibi de te dicunt, Multa est in tuo pala-
 tio palpans adulatio: regum familiaris morbus, Approbant qdqd
 agis: purpurati tui quidquid loqueris admirantur, Alius sapientiā
 tuam: alius eloquentiam tollit in cælū, Hic te Salomoni præfert,
 ille Demostheni, nunc liberalitas tua: nunc magnanimitas lauda-
 tur, Si quē plectis: iusticia & seueritas magnis effertur præconiis,
 Si absoluitur: etiam innocens clæmentiaē misericordiaēq; cōcedit .
 Quidquid mente agitas: diuini ducitur esse cōsiliū, Si laudas quē
 piam: laudant & illi, si rursus damnaueris: eundem damnant, Ais
 aiunt: negas negant: si dixeris æstuo sudant: quocunq; pergis: sem-
 per inter laudem placentiamq; te reperis, Veronam: quoniam li

AD DVCEM MVTINAE

beri populi est: nunquam pergis: hinc tu tibi complaces. Neq; ani-
 maduertes alium de te sermonem esse in foro: alium i thalamo
 Si privato non nunq̄ habitu circuires urbem incognitus: & modo
 in plateis: modo in balneis: & aliquando in pistrinis: seu tabernis
 uinariis audires populi uoces quod saepe tuus genitor: tuusq; fra-
 ter dicitur factitasse: uerum de teipso cognosceres: & multa de tu-
 is operibus emendares. Et si statua tua: quæ in foro sedet: apertas
 haberet aures: possetq; tecum loqui: qualis sit plebis erga te animus
 non subiceret. Nam saepe in eam tanquam in teipsum maledicta
 probraq; iaciuntur: ut est ois in suos rectores contumax populus
 Sed quoniam neq; statuæ datus est sermo: nec tu libere loquentem
 audis plebem: nec qui tecum uictitant: ad uerum te fantur. officii
 nostri esse putauimus de te aperte ad te scribere: quæ sentiremus
 non carpentis detrahentisq; inimici: sed more pii patris corrigen-
 tis & amatis: quem non decet adulari aut impinguare oleo caput
 filii. Si uera dicimus: intelligis: quæ sunt corrigenda. potes adhi-
 bere medicinam cognito morbo: & gratia est indicanti habenda:
 qui uoluit te ignorantem perire. Si sanus es: & nulla eges cura:
 gaude conscientia tua: & nihilominus ama: qui te admonet. amat
 enim & te ille: qui corripit: quanuis corripiat frustra: si nõ amaret
 sineret pro sua opinione te labi: cui nulla esset de tua salute cogi-
 tatio. Nos te diligimus: ut ante diximus: odimus autem ea quæ
 credimus in te mala esse: atq; idcirco monemus: ut illa relinquas:
 si uera sunt. sin falsa: ut ita purgeris: ne uel uos uel alios sinistra
 opinio de te teneat. quia non malo tantum sed mali quoq; suspicio-
 ne carendum. Accipe uerba nostra in bonam partem quanuis du-
 riora uidentur, & habeto gratiam quod aperte loquimur. neq; fig-
 metis utimur aut blandicis. Si capeesses consilia nostra delectabe-
 ris tandem in eis. quanuis ab initio paululum acerbitatis uidentur
 habere. ut sunt oia præcepta salutis quæ amaritudinē quandam
 ab initio præ se ferunt. & ipsos inchoantes deterrent. Posteaq̄ uero
 recepta fuerint. & cōsuetudinem transierint mirabilem proficien-
 tibus suauitatem exhibent & dulcedinē suggerunt incredibilem.
 Datū Viterbii nonis Iunii. Mcccclxii. Pōtificat⁹ nostri āno quarto.

AD REGEM FRANCORVM .

**Pii Secūdi Pont. Max. epistola tri gesimaprīma ad regem francoꝝ
cōmendans eum de bono animo erga pontificem : & de regno
Siciliæ ratum fore affirmans quod promisit .**

Ius episcopus seruus seruorum dei: carissimo in Christo filio Lodouico Francorum regi christianissimo: salutem & apostolicam benedictionē . Reuersus ad nos Antonius Noxetanus familiaris noster dilectus: multa de tua erga nos caritate exposuit: quæ percupide audiuius: quanuis alii alia uariore rumore assererent & præsertim de reuocandis ex curia nostra prælatis tuis: quod nunquam potuimus de tuo castissimo pectore credere: cum nos te etiam antequam regnares: semper amauerimus & pro nostris uiribus saluti tuæ cōsuluerimus. Illud autem quis potuisset uerum arbitrari: ut plus tu illos existimares: qui te aliquando persecuti sunt: quam nos: qui audiuius: semper dileximus toto corde: & plura possumus ad tuam gloriam cōferre multo quàm illi. Affirmauit nobis Antonius te iuxta cor nostrum regem esse: qui alta mediteris: & nobis in amore respondeas . Quare nihil nobis potest esse iucundius maxime uero id magni fecimus: quod de conuentione Antonio exposuisti . est enim res te nobisque digna: si modo caute conducatur & secrete conuentibusque modis: ut eidem Antonio respondimus: qui de hoc ipso ad te rescribet . Speramus bona multa inde emergere posse & pro re publica christiana: & pro tua gloria . Nam & tu es: ut uidere uidemur: qui ad magna sis natus: tuorum more progenitorum: & nos minima fastidimus: & cupimus aliquando tibi ostendere quanti te tuamque domum faciamus . De regno Siciliæ: quod scripsit tibi de mandato nostro Cardinalis atrebatensis: & quod tibi rettulisse credimus episcopum Ferrariensem: ratum & firmum erit: si per te fuerit acceptum . Nam ea uia est: quæ cum nostro honore teneri potest: cuius sumus parcissimi: Nec credimus tuam: & serenitatem honori nostro uelle derogare: cum nos tuum & seruatum uelimus & ampliatum . Amplectare igitur oblationes nostras: & inuenies nos non uerba dare: sed facta . Si quid interim audis: nō moueare . Nā dū pendent tractatus uel pacis uel induciarū sua quæque negotia

Christiana missi.

AD REGEM FRANCORVM

prosequitur: ne cōpræhendatur incautus. Vale in christo optime,
Die. xi. Iunii. M. cccclxii. Viterbii manu propria.

Pii Secundi: Pont. Max. epistola trigesima secunda ad Regem francorum credentialis in episcopum andegauensem.

Ius episcopus seruus seruorum dei carissimo in Christo filio Lodouico Francorum Regi illustri salutem & apostolicam benedictionem. Venerabilis frater episcopus andegauensis orator tuus nobis propter uirtutes suas acceptissimus & gratissimus fuit. Is ad te reuertitur: Speramus bene informatus de nostra erga te caritate & singulari affectione. Rogamus: uelis ab eo audire: quæ secum contulimus: & tibi persuadere inter principes qui hodie uiuant: te nobis esse carissimum. Reliqua ipse tibi exponet: quem pro sua nobilitate uera omnia locutus non dubitamus. Scriptum Romæ manu propria die quarto Maii. M. cccclxii.

Pii Secundi: Pont. Max. epistola trigesima tertia ad regem Francorum: in qua quædam refellit: quæ falso ei fuerunt enarrata.

Ius episcopus seruus seruorum dei carissimo in Christo filio Lodouico Francorum Regi illustri salutem & apostolicam benedictionem. Litteræ tuæ quas heri accepimus datas Burdegalis: quibus modestissimæ & humanissimæ: querelæ tamē plenæ fuerunt. In his. n. ais uenisse ad te aliquos: qui affirmauerunt nos cum tuæ obedientiæ litteras & pragmaticæ abdicationem accepimus ter clamasse guerram usque ad capillos. De qua re tanquam uera dolore te ostendis: & sentire uideris: nos quæcunque agimus eo tedere: ut consanguineus tuus regno Siciliae excludatur: & tu dominio Genue frauderis: Quas res multis de causis indignas dicis. Non miramur fili amantissime inueniri homines qui talia dicant: asserant: iuramento confirmant. Multi sunt enim homines adeo maligni: ut omnes eorum cogitationes in malum uergant: neque homines uereantur nec deum quibus & peierare & mentiri pronum est. Sed miramur nobile tuum pectus his nugis potuisse fidem prestare. Nam quantum litteræ

AD REGEM FRANCORVM

sonant: persuasum tibi est: nos ea uerba dixisse: quæ suprascripta sunt de guerra: & id opere implere: & dicis de duce mediolani: & de nepote nostro multa. Certe fili dignū erat eos qui de nobis talia ad te detulerunt: cōpræhendisse & tenuisse: donec ueritatē inq̄siuisses: & pro rei euentu uel puniuisse uel præmiaffe: Nam in tali & tanto negotio aliquid affirmare grauissimū est: quod pōt iter nosq; dissidiū parere. Nos certe ne dū talia nō diximus: sed neq; uel cogitauimus unq̄ uel sopniauimus: fuissēmusq; admōm stulti si hunc sermonē emissemus. Nā quis pontifex est: qui talia uerba effunderet? Sunt ne illa uerba sacerdote digna? An potius secura? Quippe tam leuis fuisset pontifex talia dicens q̄ uanus & nugax: qui ea ad te detulit: atq; ut scias: q̄bus uerbis usi sumus: quādo primum de sublatiōe pragmaticæ certitudinē habuimus: hæc ueritas est. Eleuauimus manus ad cælum: & cum lachrymis diximus. Gratias agimus tibi deus: qui hoc tempore tā religiosum & nobile regē eexisti: ī cuius corde posuisti dilectionē ecclesiæ tuæ sanctæ. Da mihi gratiam: ut pietati suæ digna possim præmia retribuere. hæc uox nostra fuit plena lachrymis: quæ præ dulcedine tui doni emanabant. Vide an hæc consona sint his: quæ tibi relata sunt. Quæ aut publice diximus in tuam laudē & tuæ domus gloriam: ipsa oratio per nos edita docet. Hortamur & itē hortamur ne susurronibus his credas: aut tam facile aures præbeas: sed cōpræhenso teneas usq; ad inquisitionem ueri. Nos te amamus: & magnificamus: & amaturi sumus uita comite. Cardinalis Atrebatensis & multi alii testes sunt nostræ feruentis erga te caritatis. Quod ais de nepote nostro: scito quod ante quam pater tuus moreretur: per uerba de præsentī matrimonium contraxerat cū puella. xi. annorum: ut nobis affirmatum est: & debebat tunc cōsumari: nisi quod in æstate bellis intendēdum fuit: Dilatum est usq; ad festa natiuitatis: & tunc sponsæ suæ cōmunicauit nepos noster: quo tempore nondum uenerant oratores tui ad nos: nec certitudo erat ullis de pragmatica sublata: imo oīa dubia fuerunt usq; ad aduentum oratorū: Nec nepos noster de cōsilio nostro matrimonium consumauit quādo eius rei arbitrium noluimus unq̄ nos assumere: sed de uxore diximus ut ageret quæ in suam rem existimaret:

AD REGEM FRANCORVM

quia ipse esset: qui de coniuge sciret quid sibi conueniret. Et ita fecimus semp cū nostris consanguineis pmittentes eis: ut nuptias sibi deligerent. Præterea multis mensibus & fere anno ante miseramus copias militum nostrorū pro defensione regni Neapolitani q̄ de matrimonio aut uerbum ullum esset aut cogitatio ulla. Nō ergo matrimonium ipsum fuit cā fauoris p̄ nos Pherdinando impensi: sed ratio tuēdi honoris nostri & iuris romanæ ecclesiæ. nec tu tibi persuadeas: quod p̄p nepotes nostros aliqd agamus honori nostro cōtrarium. Nos non solemus unum dicere: & aliud agere. Nec inuenies nos incōstantes: nec studemus auferre tuo generi regnum Siciliae. Sed postea q̄ tuam accepimus obedientiam: multa intermisimus & de Aquila: & de Abrutio: & de duce Soræ: & aliis pluribus tui cā. quod si uoluissimus agere quæ poteramus: audiuisses alia noua. Nec pecuniæ regni tui hæc fecissent aut pecuniæ cōtra turcos congestæ: quæ nullæ sunt. Multa tibi dicunt de auro quod ad nos uenit p̄p sublationē pragmaticæ: rogamus ne credas oī uerbo: quia non augent̄ propter hoc redditus cameræ in quindecim milibus aureis annuatim: nec in decem milibus: & q̄ aliter dicunt: nesciunt ueritatem. Vide: quæ guerra hinc fieri possit. Sed si posset: non tamen faceremus maxime contra te: qui de nobis optime meritus es. Quod aut̄ non cessatur a bello: id est quia expectamus responsum tuum sup̄ his quæ ad te misimus. Talia non debent fieri sine modis & formis debitis & cum bonis securitatibus ut saluet̄ honor noster & status ecclesiæ. Quod attinet ad Genuā contrarium eius est: quod tibi psuades. Nam nos duci Mediolani semp scripsimus: quod in facto Genuæ tibi morē gereret: & in oībus rebus tuā beniuolētiam quæreret: & in hoc multa sunt scripta nostra: & multæ suasiones oratoribus suis factæ. Ipse quoq; lodouicus: qui se gerit pro duce Genuæ: bis ad nos legatū misit consilium & auxilium petēs. Auxilium diximus palā nos minime datures contra demū Franciæ. Consilium aut̄ dedimus: ut cum tua maiestate se cōponeret: & obtulimus ēt: si uellet nos mediatores. Hæc per nos acta sunt in facto Genuæ: postea q̄ tu regnū franciæ accepisti. Vide: si hæc sunt signa: q̄ te uelimus excludere an non. Quantum aut̄ ad matrimonium filiaē tuæ: id nos magnificimus:

AD REGEM FRANCORVM

& gratias agimus tuæ serenitati. Non potuit id tractari: quoniam ut diximus: ante aduentum oratorū tuorū cū alia cōsumatū erat. Verum de hac re latius tibi scribet dilectus filius Cardinalis atrebatēsis. Pro deo fili ne suadeas tibi sinistra de nobis: nec putes nos uti dolis: quia non sunt nobis amici. Natura nostra ē uerax. Dicimus ē est: & non non: nec uariamus sermones nostros. Persuade tibi: quia te diligimus: si quē diligimus hominē. Cogita: ut regni huius Siciliae negotia cum tuo & nostro honore terminentur: & conuerte animū ad rem fidei tuēdæ contra tuorcos: sicut tibi per episcopum Ferrariensem significauimus. Et uidebis an Papa pius uerax sit: & an te tuosque diligat. Utinam esses in loco: in quo possemus te alloqui & audire. Certe non discederes a nobis: nisi optiē cōtentus. Vale: & noli credere delatoribus plusquam nobis. Scriptum Viterbii manu propria die. x. Maii. M. cccclxii.

Pii Secundi: pont. Max. epistola trigesimaquarta ad Regem Francorū: ubi excusat se de his: quæ acciderūt in regno Siciliae.

IVS Episcopus seruus seruorum dei carissimo in Christo filio Lodouico Regi francorū christianissimo salutē & apostolicā benedictionē. Credimus te accepisse: quæ his diebus in Regno Siciliae acciderunt aduersus partes regis Renati: quæ res nō ita emerissent: si oratores tui ad treguas cōponēdas citius iter ad nos fecissent. Vtrūq; sit: persuadeto tibi nos neque aduersis rebus trāgi: neq; secūdis insolescere. Quæ alias tibi scripsimus de mēte nostra in facto regni Siciliae: & oratoribus tuis pariter affirmauimus: nō mutabimus. sed uēientibus ipsis tuis oratoribus cū pleno mandato ad unguem seruabimus: quæ sumus polliciti. Utinā qui priō ad nos uenerunt: cōponendarū rerū facultatē habuissēt. Iam res in uado essent. Tu sapiens es & iustus: cogitabis: quæ tuo & nostro honori conueniant: & illa prosequeris: & ad ea inuenies nos absque ulla fictione promptissimos. Si quis aliud pietati tuæ suadere conabitur: a uero erit alienus & indignus: cui præbeas aures. Optimus deus serenitati tuæ semper propitius adsit. Scriptū Pientia. vi Kalēdas Septēbres. M. cccclxii. manu propria.

Pientia .

AD CARDINALEM SANCTAE CECILIAE

Pii Secundi: pont. Max. epistola trigesima quinta ad Cardinalē sanctae Ceciliae monitoria de agēdis cum illustri Comite urbinati .

IVS Episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Nicolao Cardinali sanctae Ceciliae apostolicae sedis legato salutem & apostolicam benedictionē . Tua fides & in rebus omnibus diligētia & circūspectio liberat nos scribēdi onere: quia ubi tu es nos sumus. & ea facis: quae ipsi faceremus: nec hortatu indiges. Si qua sūt apud nos: quae tibi cognita esse cupimus: scribit ad te Gregorius Lollius nostro noīe. Nō igit̃ miraris: ut arbitramur: si litteras manu ppria scriptas haud multas recipis: & credimus labori nostro te nō inuitū parcere. Nūc epistola haec parua a nobis exarata ad te ueniet: & cū ea exēplar litterarū: quas Vrbinati comiti scribimus aduersus dolos & machinamēta. Sigismūdi p̃ditoris: Cuius artes & īsidias euitare perarduū ē: quanuis Frederici p̃specta nobis uirtus ē & cōstātissima fides: tamen omni ingenio adnitēdū ē: ut ī officio retineatur: & ut ipse omni conatu hostē urgeat: neq; sinat p̃trahi bellū: quoniā neque post uictoriā ipsū deseremus. Tu scis quae illi dicenda sunt: & naturam eius calles. Vtere tua industria: & accelera quāmaxime potes ad belli exitū: neq; aut Venetos: aut alios uerearis: Nam Veneti nobis amicissimi sūt: & nostri causa comitē Carolū denuo cōduxerunt: ī qua re frustrata est & Sigismūdi expectatio: & Ducis Mutinae diligentia. Nūc oratores Regis frāciae uenturi sunt: & in his quoq; spes Sigismūdi sita est: ut in īduciis: quae de regno faciendae sunt: concludat̃: decipitur. neq; eim de nostri subditis aliorū erit iudiciū. In regno res nostrae superiores sūt Curato quā citius fieri potest: Sigimūdus pereat: & auersus comes sentiat quod ueretur. Vale. & sep̃e nobis scribito. Dux Mediolani: ut nobis significat: mittit Comiti auri numum sex millia: & Ludouico maluicio in Abrutiis mille. Scriptum manu propria apud balnea Petriolensia nonis Octobribus. M. cccclxii .

Pii Secūdi: pon. Max. epistola trigesimasexta ad Fredericū Comitē Palatinū repræhēdens eum: quod arma Diethero iunxerit: & edixerit: ne quis apostolicas litteras ī suo dominio publicaret .

AD FREDERICVM COMITEM PALATINVM

IVS Episcopus seruus seruorum dei Nobili uiro Frederico Comiti Palatino sacri Imperii electori salutem. Quod te dilectum de more filium non uocamus: neq; benedicimus tibi: faciunt opera tua: q; ut ecclesie Maguntine bona ad te traheres aduersus apostolicæ sedis mandata Diethero priuato & anathematizato iungere arma non es ueritus: & ulterius publica edicta ponere: ne quis litteras nostras in tuis territoriis uel publicare uel exequi audeat mortem ei cominatus: qui contrafecerit, quod nihil est aliud q; primæ sedi & Ihesu Christi uicario rebellare: Quibus ex rebus quanuis nolis: ipso tamē iure excommunicatus es: & extra ecclesiam Christi factus, neq; dilectus filius appellari potes: neq; benedictionis capax haberis: nec te tua tuentur edicta & inhibitiones: quibus apostolica decreta prohibes ad te deferri. Non flumina: non montes: non muri: aut aliæ quæuis munitiões excommunicationis ad te aditū impedire possunt. Dei flumen est apostolicū anathema: cui nulla possunt arma resistere. Tu longam epistolam ad nos scripsisti: ut excusares: qd̄ fecisti. Sed quanti momenti sint quæ dicis: Deus nouit: & tu ipse scis: nec nos ignoramus. Iudicat te conscientia tua. Quæ te causa mouerit Diethero tuo prius inimico auxilium præstare contra iusticiam: omnes intelligunt. Potes multa dicere: sed ueritas in suo loco manebit. Petis: ne credamus inimicis tuis. ne ue tibi causam demus quærendi remedia quibus defendi possis: & arroganter aliqua & per minas subnectere uideris. Nos solum operibus credimus: & ea: quæ palam uidemus: non possumus credere. Tua offensio notoria ē & manifesta rebellio. Si te uolueris emendare: & ut bonū filiū decet: apostolicis obedire præceptis: utemur pii patris officio: nec redeuntē filium aspernabimur: quin potius uitulū saginatum apponemus: sicut in euangelio erga filium prodigum fecisse legimus bonū patrēfamilias. Quod si perges apostolicā sedē impugnare & eius decreta contemnere: senties maiorem esse romanam ecclesiam: quā uel tu sis: uel quicumq; alius tibi opem afferre uoluerit. Prudens es: & nosti: quæ possunt aduersus te fieri: & plane intelligis: quia non potest uinci ueritas: & quod iniuste agenti nulla satis tuta possunt inueniri præsidia. Datum Romæ Anno incarnationis dominicæ millesimo

AD COMITEM VRBINATEM

quadringentesimo sexagesimo primo. Pontificatus nostri anno quarto.

Pii Secundi: pont. Max: epistola trigesima septima ad comitem urbinatem: ut solita uirtute perseveret contra Sigismundum.

IVS Episcopus seruus seruorum dei dilecto filio nobili uiro Frederico Comiti montis feltri copiarum nostrarum duci salutem & apostolicam benedictionem. Si uerus ad nos sermo peruenit: fidem tuam quamuis incorruptibile multifariam multisque modis corrumpere adorsus est: iniquus ille proditionum magister & totius impietatis consumatus artifex Sigismundus mala testa uerus proditionis filius: qui: ut accepimus: & tu aliquid nobis significasti. Posteaquam tua eximia uirtute: & tuorum militum strenuitate apud Senam gallicam in campo uictus profligatus: & turpiter fugere coactus est: nuncium ad te misit: rogans ne uelles aliena causa regno eum exuere: adiiciens quod si nos eum ad coquinam: & paranda fercula redigeremus: tu quoque tandem mulio fieres: affinitatemque tibi pollicitus est: si aut eum nobis reconciliares: aut persequi cesseres. Scimus quam sapienter stulto responderis: & quam prudenter eum consutaueris. Non est: cur sapientem admoneamus. illud tantum hortamur: ut forti animo perseueres. urgeas. instes. nullam occasionem omittas perdendi hostis: belloque studeas quam totius finem imponere & nos ad te ipsum teterrimo inimico & insidiatore perfido liberare: cum quo nulla possunt certae quietis inueniri foedera. neque arbitraris quam Rex Franciae noster amicus inducias in regno Siciliae quaerat: & Sigismundum quasi amicum uelit comprehendere: nos unquam passuros: quod de nostris subditis alius sit aut arbiter: aut iudex: quam sedes apostolica: quae modo apud nos est. Perge igitur & uince: atque attere prorsus & consumito sceleratum Sigismundum: & in eo uenenum Italiae extinguito. Quod si feceris: ut speramus: eris non nobis solum: uerum etiam successoribus nostris omni tempore carissimus. Et nos tuam probitatem his praemiis prosequemur: quae cum alii tamen ipse tu magna existimes. Neque enim nos: ut Sigismundus ementit: nobilitatem odimus: sed malos & infideles nobiles atque ipsius Sigismundi similes: qui matrem & dominam suam romanam eccle

AD DVCEM VENETORVM

siam prodere non uerentur. Fatemur: quoniam illos corrigere quā-
tum deus concesserit: non negligemus. Te uero: & qui tua imitan-
tur opera: totis amamus præcordiis: & quoad nostræ facultates
patientur: uita comite honorabimus: & magnos efficiemus: haud
ignari duabus rebus imperia retineri pœna scilicet & præmio Si-
gismundus illa iudice mundo: tu hoc per quam dignus haberis.
Data apud Petriolū & manu propria scriptum nonis octobribus.
M. cccclxii.

Pii Secundi: pont. Max. epistola trigesima octaua ad ducem Vene-
tiarum: ut sibi fauori sit aduersus Sigismundum: aut saltem
iustum bellum non impediatur.

IVS Episcopus seruus seruorum dei dilecto filio nobili uiro
Christophoro mauro Duci Venetiæ salutem & apostoli-
cam benedictionē. Superioribus diebus profligato apud
Senam gallicam pditionis filio Sigismundo malatesta: secretariū
tuum apud nos agentem Nicolaum Sagundinum hortari sumus
nostro nomine ad te scriberet: ut ad prosequendam uictoriam de
hoste iniquissimo nobis fauori esses: aut saltem iustissimum bellū
nostrum non impedires. Respōdit tua nobilitas: ut bono essemus
animo quia successum rerum nostrarum nullo pacto retardaturus
esses: sed nostris potius desyderiis te conformem exhiberes. Gra-
tissima fuit nobis responsio tua: quæ a tuorum prædecessorum iu-
sti & honesti cultorum uestigiis nō recederet. Secuti sumus uicto-
riam in hunc usque diem felici cursu. Et multa abstulimus hosti
uel castella: uel oppida. Nunc uero accepimus Dominicū malate-
stā: qui nō ē fratre melior: & qui se nostrū & romanæ ecclesiæ par-
uis operibus hostē declarauit: multa dicere de tuo erga se fauore:
palamq; affirmare tua sibi præsidia nō defutura: cū & ipsum & fra-
trem in tuam protectionē receperis. Durum est hoc credere de tua
& domini tui moderatione ac pietate. Consueuisti ecclesiā obser-
uare, honorare, colere. Idē facere maiores tui: qui multa & magna
bella pro religione susceperunt: & Alexandrū tertium prædecesso-
rem nostrum aduersus iniuriam Frederici primi Romanorum Im-

AD DVCEM

peratoris protexerunt: & aliis sæpe romanis præsulibus in suis necessitatibus opem tulerunt. Non possumus nobis persuadere: neque id uero simile est. Te nunc hereticis scismaticis ab ecclesia præcis aduersus ecclesiam auxilia præstare: quando non solum adiuuare tales: sed alloqui poena est anathematis. Credimus uana esse: quæ hostes iactitant: & ut assueuerunt suam causam tueri mendaciis. Non tamē nos fugit esse aliquos diuini timoris expertes: qui tuis auribus multa suggerentes magnopere studeant in eam te partē trahere: ut hostibus nostris opem feras: ut sunt plures discordiarum satores: & qui pulchram Italiam pacatum iri ferre non possunt. Dilecte in christo fili & princeps deo amabilis hortamur te: ne his aures accommodes: ne decipiaris. Nosti: quam graue est iusticiam impedire: & damnatis de heresi patrocinari. Sigismundus hereticus est: qui mortales asserit humanas animas: & resurrectionem mortuorum negat: & ut talis dānatus est. Vxores interemit: adulteria: stupra: incestus: sacrilegia prope infinita commisit: foedioribus etiā sceleribus inquinatus. Quot proditioes fecerit: non ignoras. In sacratissimo paschæ die: quo uel scelerati homines deuotionem aliquam sentiunt: quattuor transfugis amputauit manus. Viduas: ac pupillos suis expilauit bonis. Nolumus percurrere mille nefaria: scelera cūcta capitalia: quorum: si unum aliquis ex tuis ciuibus admisisset in republica tua optime instituta: nullo pacto uiuere permitteretur. Similis ei est frater aut paulminus sceleratus: excommunicati ambo sunt: & priuati uicariatibus: Alter sententia: alter ipso facto secundum pontificales constitutiones terræ: quas possederunt: ad cameram pertinent: & deuolutæ sunt. Hortamur te: ne nos in uendicatione nostri iuris impediās: neque diuinæ ultioni obuiam pergas. Non nos malatestas insequimur. Deus est: qui de suis proditoribus uindictam quærit. Noli dei iudicia perturbare. Audi: quæ uulgo dicuntur. Cuncti homines manus ad cælum tendunt: deoque gratias agunt: qui tandem sceleratum Sigismundū in poenas rapit meritas. Quid reris de tuo domino diceretur: si perfectionem aduersus ecclesiam tam perditorum hominum: quos cuncti oderunt: susciperes? Adde quod nulla uia res Turcorum magis iuuare posses quam malatestis suppetias mittens. Quomodo

enim nos aduersus Turcos intendere neruos possemus: in iustissima expeditione nostra per te impediti. De subditis nostris agitur fili: Inobedientes & rebelles & proditores filios: ut Deus & iura uolunt: punire pergimus. Et quis est: qui de nostris subiectis iudicio nostro aduersari debeat? Cogita de te ipso: quid tibi uideretur: si tuam in tuos sententiam uiolare aut impedire aliquis conaretur. Euangelica iussio est & naturalis: ne aliis faciamus quod nobis ipsis fieri nolumus. Plura fortasse dicimus quã oporteat. Quando incertum nobis est: an ea facturum sis: quæ hostes iactitant. Et uero similis est: te nobis & apostolicæ sedi potius: quã hostibus fauturum. Nam hinc laudem & gloriam consequeris. Illinc non nisi probam & animæ damnationem: & cuncti te esse dicerent: qui bello Italiã iuolueres: ne aliquando contra turcos expeditio fieret: & plura exorirentur mala: quæ mente coniectari potes. Deus meliora permittat. Nos fili hoc anno nostrum in re fidei animum tuæ nobilitati exposuimus: si ea uia nõ succedet: experiemur aliam. Intelleximus te legatum de rebus grauibus ad nos missurum. Videbimus eum: & audiemus iucundo animo: & nostras cogitationes aperiemus ei. Rem fidei simul tractabimus. Videbit ipse: & uidebit omnis mundus: quia per nos non negligetur christianæ religionis defensio: et si corpusculum nostrum & sanguinem ponere debeamus. Tantum tua respublica nobis adsit: neque uanas induat suspiciones: quas maleuoli suggerunt. nostra mens est: eritque uita comite cum tuo domino uoto concordi uiuere: & Italicæ paci consulere: quæ uix haberi aliquando poterit: nisi uenenosæ spinulæ Malatestarum extirpentur. Datũ Petrioli scriptũ manu propria die .xxviii. Octobris. M. cccclxii. Si qua de terris acquisitis uel acquirendis de manu Malatestarum iniecta est tibi difficultas: uel aliunde aliqd in mentem tuam uenit: quod sinistrorsum accipias: hortamur dilectionem tuam id nobis aperias. Ita enim tuæ reipublicæ satisfaciemus ut plane intelligas nos illi esse affectissimos: & cõmunis boni zelatores. Scriptum manu propria ut in litteris.

Pii Secundi: pont. Maxi. epistola trigesima nona ad Imperatorem ubi dolere dicit de quodam casu Imperatoris & renunciatione Capellani sui.

AD IMPERATOREM

IVs Episcopus seruus seruorum dei Carissimo in christo
 filio nostro Frederico Romāorū imperatori Augusto salu
 rem & apostolicam benedictionem. Gallus capellanus tu
 us cum ad nos infelicem tuæ circunvallationis casum attulisset:
 haud facile dixerimus: quo mærore: quoue dolore fuerimus affe
 cti. Nec maiori succubuissemus anxietati: si nos ipsi in eodem pi
 culo fuissetus. Et eim ppter ætatē: qua præcedimus: & locū: quē
 tenemus indigni filii loco te colimus. & pp beneficia: quibus nos
 cumulasti: tanq̄ patrē amātissimum ueneramur & obseruamus. Et
 qs pater ē. & aduersam filii fortunā nō dolet: Quis filius & nō an
 gitur calamitate patris? Referebat gallus te uienæ in arce clausū
 ab impiis ciuibus oppugnari. Bombardis & omni tormentorū gene
 re concuti muros: impleri fossas: admoueri scalas: cōmīus eminusq;
 pugnam misceri: uulneribus ac sanguine multo rem geri: teq; &
 si forti animo fortunā ferres: & munitionē defenderes: spem tamē
 salutis unicam habere in rege Bohemiæ: hūc solum posse improbos
 uienensis cohercere: teq; libertati reddere. Rogare igit̄ ne aduer
 sum eum: quanuis hereticum se declarasset: uiris pœnas flumina
 remus. O infelix æuum nostrum. O inopem germaniā. O miserā
 christianitatem: cuius imperator nisi ab heretico Rege saluari nō
 potest. Creuit hinc dolor noster. Et quanuis indignum putaremus
 heretici hominis cōtumaciam non choercere. Indignius tamen ar
 bitrati sumus te in tanto discrimine constitutū non adiuuare. Si
 potuissemus ad tuam liberationē nostri exercitus mittere duces:
 aut ipsi uenire: mihi nobis fuisset gratius. Sed quis tot mōtes: tot
 flumina: tot diuersa dominia penetrasset? Sera erāt auxilia nostra
 & uanæ spes: Scripseramus uicinis principibus: ut tibi opē ferrēt.
 Ignoscebant omnes. succurrebat nemo. inclinauimus caput: & tui
 causa censuras aduersus Bohemum cogitatas suspēdimus: & quæ
 cunq; optauit Gallus a nobis: concessimus. Breuia & litteras dedi
 mus. nihil negauimus eorum: quæ ad tuam liberationem cōduce
 re sumus arbitrati. interea & fratrem tuum in te arma uertisse ac
 cepimus: & cum Viennensibus delirantem unum ex obsessioribus
 persecutoribus usq; sui sanguinis factum esse. Quod ad maiorem
 cumulum nostri doloris accessit: increpauimus eū epistolis nostris

AD IMPERATOREM

quanuis nihil profecimus. Quis dicat: quanta fuerit nostræ mētis amaritudo? dum pendet aīus inter spem liberationis: & capturæ metum: nulla dies nobis non acerbissima fuit: donec tandē hodie te libertati redditū intelleximus scribente Fortunauro. Respirauimus: & tecum ipsi liberati sumus: quāuis non ea liberationis formula sit q̄ sperauimus. Artibus suis usus est Bohemus: neq; te perire uoluit nec uincere. Austriales inter se odiis certare perpetuis optat. Vt contendentium arbiter existens dominus tandem fiat: sed benedictus deus: qui non est passus in manus impioꝝ te peruenire. Hortamur fili ac monemus: ne frāgaris aīo: ne mœsticiæ succumbas: & si dura p̄pessus es & indigna: nec primus tamen: nec solus fraternas insidias incidisti. Primoz̄ in orbe fratrum alter iter fecit alterz̄: Fraternas acies: alternaq; regna p̄fanis decertata odiis scribit Statius apud romanos: fraterno primi maduerunt sanguine muri. Parricidus nulla regna caruerunt: quid antiqua cōmémorauimus? nostra ætas plena exemploꝝ est. filius patrem: & pater filium in Francia: in castella: in Aragonia persecutus est. Et tu in Baioaria duos lodouicos patrē & filium grauissimis inter se odiis decertantes meministi. De cōmunis hostis aceruo tuam accepisti portionē. Confide in domino: & bene actum esse tecum existima: quādo peiora non incidisti mala. Oēs qui pie & iuste uiuere uolūt persecutionem patiuntur. Odit mundus quietos principes: raptores: sanguinarios scelere inquinatos oī: & infideles: ac sui similes amat. Tu quia mitis es: uellesq; quiete & bene uiuere: mundo aduersaris: & mūdus aduersatur tibi. Sensisti eius uulnera. non turbetur aīus tuus. Beati: inquit dominus: qui persecutionem p̄ iusticiam patiuntur. Et tu certe beatus eris: si perseueraueris usque in finem iusti & honesti cultor: & hos præsēntis sæculi fluctus tā q̄ maris contēpseris. Quod ut efficias: hortamur: ac requirimus. Mansuetudini tuæ semp̄ affuturi: quam pius & misericors dominus: ut confidimus: nunq̄ deseret. Sed in anno nouo: quem cras intinabimus nouis & melioribus successibus: tuos diriget gressus. Datum Romæ apud sanctum Petrum p̄ ipse Kl. Ianuarias. pontificatus nostri anno quinto.

Filius patrem, et
filium in Francia
Aragonia, in Cas
seutus est.

AD EPISCOPVM TORNACENSEM

Pii Secundi Pont. M. epistola quadragesima ad episcopū Tornacēsem se excusans ad querelas ducis burgūdiæ de præsidētia inter cardinalē atrebatēsem & nepotē ducis: & de quibusdā aliis monasteriis.

Ius episcopus seruus seruoꝝ dei uenerabili fratri Guilielmo episcopo tornacēsi salutē & apostolicā benedictionē. Bene accepimus tuas litteras: quas de monasterio sancti Vedasti ad nos scripsisti: nō est iusta ducis querela: Cardinalē atrebatēsem nō prætulimus nepoti suo: quē iussimus credere: & monasterium ipsum Archiepiscopo cōmendauimus. Alterum monasterium nō putauimus e re aīæ nostræ illi dimittere. Dispensatores satis archiepiscopo est Metropolitica ecclesiam & prioratus duos: & sancti Vedasti nobile & diuitē abbatiam retinere. Atq; id fuit senatus nostri iudicium: Atrebatēsi cardinali nō recōpensæ cā cōmendatū est: dimissum monasterium. Sed quia cardinalis est ei potius quā alteri datū. Et semper apud apostolicā sedē plura pmissa sunt cardinalibus quā episcopis. Fatemur Burgundiæ ducem de nobis & sede nostra optime meritū: qui nunquā inobedientia uacillauit: nō seruauit pragmaticā nisi in regno Fraciæ & Iodouico regi de tollēda ei supplicauit: & cōtra turcos uolūtarium se ostēdit: & nūc aduersus Palatinū ecclesiæ romanæ rebellē auxilia misisse dicit: & alia prope infinita sunt eius merita. Verū propterea nō credimus sapientiam eius æquū cēsere ut e nobis iniusta reportet: & aīam nostrā in piculo ponat: nec suæ bene cōsulat. Nō est confidēdus ecclesiæ status: nec monasteria cumulatim uni tradēda sint: præsertim iuueni nōdum satis disciplinato. Illud magis mirabile est: quod ais ducē amarulēto aīo ferre in cā Susatēsis latā esse sentētiā: hoc ualde alienū est a iusti principis iudicio. Cur, n. nolit dux iusticiam fieri? si sumus iudices: iudicare tenemur & nulli facimus iniuriam nostro ut ētes officio: si saltē recte iudicāus. si non sumus iudices: nulla ē sentētia nostra: & si hoc mōstrabit. corrigēus errorē. At destruet coloniēsis ecclesia. Illius erit peccatū: cuius opa destruet. nos imūes erimus. nec ob eā cām ducis: erga nos ulla ē iusta conq̄stio.

AD DVCEM BVRGVNDIAE

Cæterum quanuis multa sint illius erga romanam ecclesiam merita: non tamen minora in eum sunt nostra beneficia: & tute scis: qui ad preces eius aduersus Caroli Regis Franciæ uoluntatē ecclesie tornacensis præfectus fuisti. Scit leodiensis: qui non sine indignatione multorū rogante duce promoti sunt. Tacemus decimas. tacemus alia multa duci cōcessa: quæ & si merito obtinuit: sensit tamen in illis apostolicæ sedis gratitudinem: & sentiet in futurū. Quod si promouimus Cardinalem atrebatensem: & cum magnis fauoribus cumulauimus: si plus illi aliquid attribuimus: quā duci uideret: ipse ī culpa ē Dux, si peccatū ē: qui eū quasi fratrem: quasi filium: quasi seipsum cōmēdauit. Postremo de monasterio ei cōcesso si dimiserit: faciemus: quod duci placuerit: dūmodo Archiepiscopi nō incidat manus: quia non dictat id nobis conscientia. Et si continget aliter Cardinali prouideri: iubebimus: ut dimittat hoc: & similiter duci more geremus: cui & modo ī ecclesia Atrebatensis morem gessimus: quāuis pro alio summo studio quereretur. Cupimus eim & duci: & suis omnibus rē gratā efficere: quem singulariter amamus. Miramur quod de rebus turcorū tā sera ē sua respōsio. Utinā nō redeat in fumū spes nostra. Vale. & hæc oīa duci tu ipse legito: ut sint pro respōsione ad suas litteras. Datum Romæ quinto Kl. Ianuarias. M. cccclxii. Pōtificatus nostri āno quīto.

Pii Secundi: pont. Max. epistola quadragesima prima ad Ducem Burgundiæ petens ab eo intentionem suam in causa ecclesie Maguntinæ.

IVS Episcopus seruus seruorum dei dilecto filio nobil uiro Philippo duci Burgūdiæ salutē & apostolicā benedictionē. Scripseramus superioribus mensibus carissimo iū christo filio Frederico Romanorum imperatori Augusto: quōpotuimus accuratius: ut causam defensionis ecclesie Maguntinæ amplecti uellet: ac operam daret liberationi uenerabilis fratris nostri Georgii Episcopi Metenēsis: & dilectorum filiorū caroli marchionis badensis & Vldarici comitis Vertembergensis: qui supertore æstate rebus aduersè gestis a Frederico comite Palatino Rheni capiti extiterunt. Requisiuius suam serenitatem: ut aggredi uel

AD DVCEM BVRGVNDIAE

let hæc opera: in quibus & laudem & gloriam sibi parare posset . Rescripsit nobis nup sua sublimitas: aiumq; suum promptum q dem & optime dispositum demõstravit . Adiecit aut inter cætera nõnulla de puerfo proposito Palatini prædicti : eumq; accensum contra honorẽ nostrũ: & apostolicæ sedis esse significavit: quodq; post inducias Nurebergæ initas inter ipsos idẽ Palatinus astu & dolis nõnullis principibus & prælatis ac cõmunitatibus se coniungere & colligare nixus est eo consilio: ut apostolicã imperialemq; dignitatem pro sua damnabili libidine confundere: & pessundare possit. Suadet impator obuiandum esse tantæ iniquitati: & ad cõseruationem utriusq; dignitatis unam & expeditã uiam præ cæteris nobis obtulit: qua una opa occurri possit malignitati Palatini & complicum & liberatio episcopi metenesis aliorq; captiuorum procurari. Ea est ut nos simul cum ipso Impatore cõmuni nomie nobilitati tuæ: aut dilecto filio Carolo nato tuo cõtra Palatinum & Dietherum de Isenbug: & comitem de Bathsem helbemboge: & illis adhærentes ac sequaces capitaneatũ cõmittamus: litterasq; apostolicas cum censuris & pœnis opportunis ad cohercendum rebelles & hostes cõcedamus. Placuit nobis & placet impatoris consilium: idq; amplecti a nõ decreuimus. Sed quia nescimus: quæ sit in hac re intentio tuæ nobilitatis: deliberauimus prius ad te scribere: ut nobis significes qd intendas. Nam si nouerimus tibi cordi hanc rem esse: alacri a nõ capitaneatum huiusmodi: ut impator censet: deferemus. Nobis enim gratum supra modũ futurũ est: ut nobilitas tua aut filius tuus onus ipsum assumat: & ut assumere uelit: affectuose hortamur ac requirimus: Id ẽt postulantes ut super hoc tuam intentionẽ nobis notam facias. Si enim acceptandũ duxeris: nos confestim litteras apostolicas ad te transmittemus: confidentes nihilominus quod propter hoc non deseres religionẽ christianam quin ei contra turcos: ut sæpe pollicitus es: auxilia opportuna ipse præstes. Erit igitur prudentiæ tuæ examinatis rebus id consilii capere: quod dignum sit tanto principe: & quod tibi ac demui tuæ laudem & gloriam afferat . Cæterum ex ipsis Imperatoris litteris læto animo accepimus eum decreuisse nostra præsertim contemplatione concedere tibi regalium inuestituram super

AD ARCHIEPISCOPVM GENVAE

quod in tui fauorē sæpius ad celsitudinem suam scripsisse meminimus. Et nõ solum hoc facere deliberasse: sed et affinitatem tecum contrahere ratione sui filii & filiaë tui nati: ac tibi uicariatum imperii in terris gallicanis ultra Rhénensis cõcedere statuisse. Quod profecto nobis est gratissimum. Idq; serenitati suæ ac generosità tuæ prosperum & felix esse optamus ad pacem & perpetuã consolationem utriusq; nostrum ac sedis apostolicæ & christianæ religionis conseruationem & augmentum. Datum Romæ xiiii. Kalendas februarias. Pontificatus nostri anno quinto.

Pii Secundi: pont. Max. epistola quadragesima secunda ad Archiepiscopum Genuæ monens ut absteat ab illo Ducatu & magistratu temporali.

Ius episcopus seruus seruoꝝ dei: uenerabili fratri Paulo Archiepiscopo & duci genuësi salutem & apostolicam benedictionem. Ducatum patriæ tuæ & libero ciuium decreto te assecutum scribis: eumq; per nostram benedictionem fraternitati tuæ flagitas confirmari. Admirati sumus cõsilium tuum: qui eius ciuitatis temporale regimen acceperis: quæ super omnes Italos nouitate gaudens semper nutat: semper in motu est: nec ullum diu rectorem ducẽue patitur. Et tu anno superiore quãta sit tuoꝝ ciuium constantia: in te ipso didicisti: qui cum ab eis ad huc ipsum principatum fuisses assumptus: non tam cito magistratũ inuisti: q̃ deponere coactus fuisti. Nobis quidem eodem fere tempore & assumptio tua & depositio nunciata fuit. Quid nunc futurum sit ignoramus. huc accidit rei nouitas. Nam si põt idem hõ & ducis & Archiepiscopi psonam gerere sanguinis mō absit effusio. Nescimus tamen an archiepiscopus genuensis ante te alius ducatum inierit. Maximam esse cãm oportet quæ hanc nouitatẽ induxerit: forsitan experti genuëses iniusta esse regimina sæcularia: atq; inde tot mutationes oriri putantes ad te confugerunt: & fastidio quodam sæcularis imperii experiri aliquando sacerdotale decreuerunt: si forsitan iustius ac mitius gubernentur. Magna ẽ tibi bene agendi necessitas imposita: nisi rectam iusticiæ uirgam

AD ARCHIEPISCOPVM GENVAE

tenueris: nisi uim prohibueris: nisi paci & otio consuleris: nisi mo-
 dum paruis cupiditatibus imposueris: nisi teipsum & tuos stipa-
 tores in honestatis fræna redegeris: non stabit potestas tua, breui
 dominaberis, cito regnum amittes. eiicieris non sine tuo & sacer-
 dotalis eminentiæ magno dedecore, si tamen eiiciaris: & non peio-
 ra tibi accidât: ut sunt ante oculos exempla domestica Vide quid
 agas. Non eadem est sacerdotalis & sæcularis imperii norma. Pa-
 ternâ & omni clæmentia plenam esse pontificalem administratio-
 nē oportet: nō tyranni eam. Multa in sæculari principe ferunt ho-
 mines: quæ abhorrēt in ecclesiastico: quæ in layco pusilla & leuia
 æstimâtur delicta: in clerico maxima & grauissima iudicantur. Sa-
 cerdotes: quorū uita ueluti speculum inferioribus ē: non solū a ma-
 lis opibus abstinere: sed oīa declinare cōuenit: quæ quoquomodo
 præ se speciem mali ferunt: uide: quem gradum ascenderis. Si po-
 tis es pie & iuste impare. ac nō subditos solū: sed teipsum coher-
 cere. Si uales uirtute irrumpere iniquitatem. Si pro communi uti-
 litate quærenda: non pro tua libidine explenda ducatum accepisti
 Si ad tutandam religionem christianā aduersus ipios turcos ani-
 mū geris: & in eam rem corpus tuum deuouere proponis: & iniu-
 riam proximi non queris. Confidentes rite: & secūdū leges tuæ ci-
 uitatis principatum hunc ad te delatum esse: & quod: ut polliceris
 utiliter populo tuo præeris. Illum tibi & tuis ciuibus & uniuersæ
 reipublicæ christianæ ī nomīe sanctæ trinitatis benedicimus. Da-
 tum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris. pridie
 Kl. februarias. M. cccclxiii. pontificatus nostri anno quinto.

Pii Secundi: pont. Max. epistola quadragesimatertia ad regē Fran-
 corum monens ut perseveret in deuotione ecclesiæ Romanæ.

IVS Episcopus seruus seruorum dei carissimo in christo
 filio Lodouico Francorum Regi christianissimo salutē &
 apostolicā benedictionē. Pius & misericors deus: q̄ te Re-
 gē constituit: & in uertice gloriosissimi Regni collocauit: ab eccle-
 siæ romæ deuotiōe & caritate: quæ tua & omniū fideiū mater ē
 alienari nō sinet: quāuis multi sint: ut accepimus: qui rectum &

Francorū Regi
 christianissimo.

FRANCORVM

pium aſum tuum a recto itinere inde uia conatur trahere: non ue
 rentes mētiri & falſa ſuggerere: ut uos tuæ ſerenitati inſenſos &
 inimicos oſtendant. Sed non eſt tua puerilis mens: quæ tanquã fo
 lium huc & illuc diuerſo flatu trahatur: & ad oēm uentū ſeſe uer
 tat. Solidam & conſtantem erga nos dilectionē tuā eſſe non dubi
 tamus quando & noſiſi in caritate non ficta inconcuſſe p̄ſeuera
 mus. Nec aliud ab optimo & maximo deo tuæ ſerenitati precāur
 q̄ uictoriam & felicitatem cum ſalute corporis & aīæ: ut tandem
 te adiutore direttore ac duce aduerſus impioſ turcoſ chriſtiana cō
 ſurgant arma: & perditam Græciam atq; Aſiam cum ſacro domi
 ni noſtri Ieſu chriſti ſepulchro recuperent. Quæ cum ita habeāt:
 nō deſunt tamen: qui per ſinguloſ dieſ ſiniſtra de nobis tuiſ mo
 deſtiſſimiſ auribuſ inſuſurrant: & alii de regno Siciliae cum dero
 gatione noſtri nominis uerba faciunt. Alii noſ te tuamq; gentem
 odiſſe falſo garrunt. Alii alia ſuggerunt: quæ tuæ manſuetudi
 ni putāt eſſe moleſtiſſima. Et nouiſſime quidem ad noſ delatum
 eſt Cardinale Atrebatenſe referente te & commonitum eſſe quod
 nunciuſ noſter epiſcopuſ legionenſiſ apud cariſſimum filium no
 ſtrum Caſtellæ regem pro cauſiſ noſtriſ agentem tuiſ deſyderiſ
 ſeſe oppoſuerit: & cōuentionem atq; amiciciam inter te & ipſum
 regem conatuſ fuerit impedire: quæ reſ animuſ tuuſ conturba
 uerit. Audiuiſ hęc non ſine diſplicentia ſingulari: quando hiſ
 artibuſ tuam erga noſ beniuolentiam imminui poſſe uidemuſ.
 Neſcimuſ cariſſime fili legionēſiſ opera tam procul a nobiſ agē
 tiſ. Nec de rebuſ incertiſ poſſumuſ reſpondere certa. Illud dici
 muſ in apoſtolico uerbo noſ talia illi nunquam mandaſſe aut in
 nuſſe. Nam cur noſ pacem & unionem inter chriſtianoſ reges &
 ipſa tam illuſtria chriſtiane religioniſ lumina conuenire impedi
 remuſ: qui nihil aliud deſyderamuſ quam noſtriſ diebuſ aduer
 ſuſ infideleſ noſtriſ ceruicibuſ imminēteſ felicia moueri arma?
 Quod ſine pace fidelium fieri non poteſt. Sane cum accepſſemuſ
 hac hyeme præterita inter te & Caſtellæ regem ſuboriri diſcordi
 am: & belluſ timeri: mox legatuſ de latere ad parteſ illaſ tranſ
 mittere decreuiſ dilectuſ filiuſ Cardinaleſ ſanctæ Suſānæ
 uiruſ doctriſna & integritate præſtanteſ. Sed renunciato quod

AD REGEM

induciæ factæ essent in Aragonia: & quod breui conuerti essetis
 distulimus: sperantes eam cõventionem cõcordiam proculdubio
 pariturã: nec potuisset legatus in tẽpore ad cõuerti proficisci. hæc
 erat intentio nostra fili: ut si cõueniretis: & unanimes pacem am
 plectaremini: laudaremus deum: sin aut legatum ipsum nihilomi
 nus mitteremus unionem & pacem quæsituræ. Deus nouit hanc
 mentẽ, & si mêtimur: peccatũ puniat. Et quõ nos tam impii fuisse
 mus: ut pacem inter maximos reges iterturbare conaremur? Aut
 quõ tam stulti: ut confideremus: uolentes tantos principes cõue
 nire posse disiungere? Absit a tua bonitate hæc de nobis opinio:
 quia si non sumus sapientes: non tamen prorsus alienati a mête
 repiemur. Episcopus legionẽsis si talia egit: per sese id egit teme
 rario consilio: ut multi sunt: qui credẽtes suis dominis placere ad
 modum displicent. Nos illi aliam cõmissionem nullam dedimus:
 nisi de decimis pquirendis: & subsidio contra turtos. Corrigimus
 eum nũc nostris litteris audituri excusationẽ suam. Si peccauerit
 non ibit sine ultione. Exẽplum habet in oculis episcopũ Interanẽ
 sem: qui apud anglos idigna & sibi non cõmissa ppetrans ad mo
 nasterium redactus est: & dignitate põtificali priuatus. De regno
 Siciliæ non est: quod purgare cõueniat quando ad nos eius regni
 iudicium ptinet: directum habentes dominium: & ita confidimus
 a nobis esse processum: ut nulla cuiusquam iusta supsit querela: &
 quod treugæ non habuere locum: in culpa fuerunt oratores tui:
 qui nostros imediatos subditos cõpræhẽdere uoluerunt: & hoĩem
 hæreticum oĩum scelex artificem p̄ditorũq; regem & impatorẽ
 includere conati sunt: quem nos nulla in parte meliorẽ Turco pu
 tamus Sigismundum malatestã. Relatũ quoq; nobis est nõnullos
 esse: qui generale concilium apud te quærunt. Non est nomen cõ
 cilii nobis exosum: cuius res salutaris est & sancta: quando ad bo
 num finem quæritur: & rite recteq; geritur. Vex stante unico põ
 tifice maximo Iesu christi uicario in ecclesia unita: nullius est cõ
 uocare concilium nisi papæ: & ab ipso quærenda est indictio cõci
 lii: nõua regibus. Ipse est enim caput ecclesiæ: & pastor dominici
 gregis: & oĩum pastor pastorũ id est oĩum episcoporũ episcopus. Si
 quis aliud tibi suadet: scito illũ errare ab utero matris suæ: id est

1. d. 5. prodit
 rem Regum
 et Imperato
 rum

1. non d

Generale Concilium

AD DVCEM VENETORVM

militatis ecclesiae. nec tu illum audias: cui sine peccato auscultare
 non potes. Cogita: quae sunt illi: quae talia ex te flagitant: & an sua quaerant:
 an quae sunt Iesu christi. Andegauenses nosti: quia priuatas res agunt
 nec tuam animam temporali suae praefereunt utilitati. Rex Bohemiae: qui
 ad te uerbosum legatum misit: si tamen rex appellandus est: nuper
 se publice in conuentu Pragensi declarauit hereticum: dicens se uel
 le contra praecipuum nostrum sub utraque specie communicare: quia
 id esset ad salutem necessarium. Timet nunc processum nostrum.
 & idcirco concilium quaerit: ut tempus labatur ultionis. Idem Fre-
 dericus facit comes palatinus qui ecclesiae Maguntiae plura castra
 eripuit: & fratris filium per fraudem priuauit electoratu Imperii: &
 domino suo Imperatori multis modis iniurius & infidelis fuit.
 Accedit & Sigismundus austriacus: qui in sancto die pascae suum epi-
 scopum: & Cardinalem manu armata inuasit: & captiuauit: & uindictam
 ueret patri facinoris. qui sunt alii: tu ipse nosti. Cuncti priuatas
 prosequuntur causas: & praesertim non nulli tuae nationis episco-
 pi: qui propter te nobis inimicantur: existimantes nihil sibi utilius
 esse quam inter te nosque dissidium esse. Tua sapientia considerabit omnia:
 & zelum expendet eorum: qui tibi res nouas suadent: & de concilio mul-
 ta loquuntur. Non auscultabis caecis. in tuo lumine uidebis lumem:
 & nostro desiderio studebis aliquando satisfacere: quod tibi anno
 proxime decurso Ferrariensis Episcopus declarauit. In illo. non adhuc
 perseueramus: & in tuae serenitatis ope plurimum confidimus pius oran-
 tes deum: ut tuis actionibus prosperetur tribuat successum: confidetes te re-
 cte ambulare: & nihil magis quam dei omnipotentis gratiam quaerere: quam
 tuae mansuetudini sua misericordia abunde largiatur: obnixae preca-
 mur. Scriptum manu propria Romae apud sanctum Petrum quinto
 nonas Maias. M. cccclxiii.

Pii Secundi: pont. Max. epistola quadragesima quarta ad ducem Ve-
 netiarum: a quo petit consilium de expeditione contra turcum.

IVS Episcopus seruus seruorum dei: dilecto filio nobili
 Viro Pasquali Malipperio Duci Venetiarum: salutem &
 apostolicam benedictionem. Quae praeparat Turcorum domi-
 nus ad inuadendam perdedamque religionem nostram christianam: mul-

AD DVCEM

tis ex locis in dies reddimur certiores. Nec te latent eius conatus: q̄ sæpe nobis scripsisti: ut de remediis: quibus sibi resisti posset: cogitaremus. Multum hæc res nos angit: quia cernimus piculum: & non scimus inuenire refugium. Christianæ uires certe multo maiores sūt: q̄ turcorū: sed illi uniti sunt: Nos diuisi. Illi unius iussu præsto sunt: Nos multorū expectamus cōsensum: priusq̄ possimus in unam descendere sententiam. Nos mantuam iuimus: ut in communi christianorū cōuentu de tutione catholicæ fidei ageremus uel haberemus consensum omnium quomodo res successerit: pudet dicere. Neglecta res fuit: quia nec principes opem ferre uoluerūt: nec per nos ipsos ad tantam belli molem sufficientes eramus. Interea Turcus hostes suos in Asia p̄domuit: Et fortior inde reuersus a tergo tutus: Hungariam: & alias uicinas gentes inuadere parat. Nec animus illi deest. Italiā & alias nationes paulatim sibi subiicere. Neq̄ id erit arduū: si pergimus alter alterum non iuuare. Dolemus tantā esse ī populo christiano uel ignorātiā: uel desidiam. Omnes propria curāt. nec uident: quod pereuntibus publicis priuata etiam corruūt. Sed quid agamus: Non est hoc malum: q̄ nostris uiribus auerti possit? Non est Romana ecclesia: quæ suo ære turcos ualeat debellare: Nec saluet̄ christianitas: quīs aliquando isti: aliquando illi subuēiamus: qui minimi sunt: dum nō possumus hungaris subuenire: quibus maiori auxilio opus est. Frustra medicus uulnus pedis: aut manus curat: & morbum cordis aut capitis negligit: dum cogitamus christianitatis discrimen: & cōmune periculum aīo uoluimus. nō possumus nō trīstari: nō angī: non totis affligi præcordiis. Sed q̄d agamus? Rogati principes: rogati populi ut subueniant religioni christianæ. nec sinant pessundari Orthodoxam fidem: obaudiunt. Si clero imponimus decimam: non possumus exigere. Si iubemus indulgentias publicari: dicunt omnes id quæstus causa fieri. Si petimus mutuum: non inueniemus creditum. Quid igitur restat: nisi de cælo auxiliū expectare? Sed uult dominus omnia nostra experta fieri: & tunc suam opem non denegat. Ob quā rem dum magis ac magis cogitamus si quid per nos fieri possit ad communem populi christiani salutē uenit in mentem hæc uia: quam breuiter exponemus. Dilectus fi

VENETORVM

lius noster Philippus Burgundiæ Dux iam pridem uotū uouit uel
 le se aduersus turcos propria in persona proficisci : & bellum gere
 re Si uel Imperator: uel rex Franciæ: uel alius princeps ad tantam
 expeditionem idoneus simul iret: Stat adhuc uotū: quia nullus pri
 ceptus magnus ad eam rem se obtulit. Decreuimus eum requirere:
 ut uoto satisficiat. Et ne se possit excusare : offeremus & ipsi pro
 nam nostram: & ibimus cum eo: Nam si uoluerit acceptare : & in
 Venetiis ingredi mare: expectabimus eum Ancone: & tibi coniun
 gemur ei cū illis triremibus: quas poterimus armare & omni potē
 tia nostra. Et ibimus secum aut in Albaniam: aut in Epyrum : aut
 in eum locum: de quo melius uidebitur. Interim hungari turcos in
 Rascia uel alibi inuadent: quibus non dubitamus Imperatorem da
 turum inducias. Non erit: quin dux ipse Burgūdiæ ad ducem mil
 lium hominum pugnatorum secum adducat. Rogabimus & Regē
 franciæ: ut si non possit ipse uenire : saltem aliquē nobilem princi
 pem cum Duce Burgundiæ mittat: quod non credimus negaturū.
 Nos ex territoriis ecclesiæ ducemus quos poterimus : Et ulterius
 alios reges & principes auxilia bonis: ut mittant rogabimus. Epif
 copis uero & aliis ecclesiasticis mādabimus: ut pro uiribus suis &
 aliquid minus suppetias afferant. Sperandum est: quod per hunc
 modum & ex Italia : & ex aliis nationibus non paruas poterimus
 copias nobiscum adducere. Nam quis ille erit tam durus uel prin
 ceptus: uel episcopus: qui romano pontifici proprium corpus offeren
 ti auxilium neget pro christi nomine defendendo. Vex q̄a magna
 res est Ihesu christi Vicarium suam sedē relinquere: & aduersum
 fidei hostes uexillū crucis deferre. necessarium putamus: ante quā
 hoc uulgetur: ita prouidere: ut tali modo possimus exire : qui sit
 ad honorem dei: & saltē christiani populi: & hostium nostrorum
 cōfusionem & exterminium: hoc autem futurum existimamus : si
 rex Franciæ auxilia promittat saltem decem millium pugnatorū:
 si dux burgundiæ in propria persona uenerit: si dominium uenetū
 aperte bellum Turcis indixerit: & cum classe potenti nos associare
 uoluerit: & si demū ita territorium ecclesiæ dimittere poterimus:
 quod in absentia non sit periculū: hoc ultimū non multū difficul
 tatis habet. Inuēientur enim per facile modi: quibus prouideatur.

AD DVCEM

& iam aliquid meditatū est: quod suo tempore aperietur. Nunc ista tria sunt exquirenda: ut scilicet uestrum: & regis franciæ: & ducis Burgundiæ: ut præmissum est: habeamus auxilium. Nam sine his non auderemus tantum aggredi negotium. Istis habitis confidimus multos cōkursuros: & futurā rem pro dei honore alias inauditam. hoc præcipuum est: quod nobis occurrit. hoc cogitauimus unicum esse remedium: quo christiani possint exercitari. Non petimus: quod aliquis contribuat pecunias. Nolumus alienum aurum: quod nostrum offerimus corpus. Nemo poterit dicere: quia querimus quæstum. Libenter ponemus animam nostram pro saluatore christo Ihesu: qui suam pro nobis posuit in ara crucis: & utinā digni simus pro nomine Ihesu martyrium pati. hæc est cogitatio nostra fili dilectissime. hoc consilium. hoc medium: per quod christiani ad tutelam fidei ualeant excitari. Communicamus hoc tecum: & secretissimum esse uolumus: donec sit tempus: quod offerat. Si tibi & tuo grauissimo concilio placet: certifica nos per tuas litteras: quod ueniente Duce Burgundiæ in propria persona: & rege franciæ auxilium: de quo supra diximus: offerente cū classe ualida nos uelis associare siue associari facere: & nos tuo & illorum habito uotiuo responso publicabimus solemniter transitum nostrum. Legatos mittemus: quocunq; opus erit. indulgentias dabimus: & alia quæ uis necessaria faciemus: & tibi in tuis territoriis oīa concedemus quæ digna uidebūtur. Tantū est: quod a nobis in hāc usq; diem per communi salute potuit excogitari. Si meliora inueniemus cōsilia: nō refutabimus. hæc sex ex nostris cardinalibus sub magno silentio aperta sunt: & ab eis laudata. Hortamur te: ut hæc occultissima sint: neq; aliis cōmunicetur: quā iis: sine quibus res concludi nō pōt. Nā nos hoc hortari nostro nō scribimus ut secretius negotiū fiat. Nam multis de causis non expedit hoc ante publicari quā spes sit: posse fieri. Cupimus: ut quam celerrime tuis litteris nos certiores reddas. An consilium placeat: & an tuum dominū ea facere uelit: quæ petimus. Nam habito tuo responso ad ea: quæ restabunt: si id placebit: absque mora nauabimus operas: quibus carissimi in christo filii nostri Caroli franciæ Regis oratores: qui ad nos ueniunt: pro pediem sint affuturi. Non tamē eos in hoc negotio duximus expe

AD EPISCOPVM TORNACENSEM

ctandos: cum sciremus nihil in hac re ipsis esse cōmissum : quod ad propositum faciat. Et nolimus medium tempus perdere. Erit necesse ad eum mittere. Quod ita demum faciemus : si hāc nostrā cogitationem: tuum graue iudicium approbauerit : & suas partes obtulerit . Datum Romæ apud sanctum petrum die. viii. Martii . M. cccclxiii .

Pii Secundi : pontificis Maximi epistola quadragesima quinta ad Episcopum Tornacensem laudans eum de his : quæ aduersus turcos prosequebatur.

IVS Episcopus seruus seruorum dei uenerabili fratri Guilielmo Episcopo tornacensi salutem & apostolicam benedictionē. Vidimus te & Frācofordiæ Ratisponæ : & in multis germanorum conuētibus aduersus turcos christianam religionem infestantes toto feruere pectore: teque proinde ualde dilexiss. At cum dilectus filius Philippus burgundiæ Dux anno superiore per nos rogatus fidei orthodoxæ opem afferre pulcherrimam spē rei benegerendæ per aduentum suum nobis præbuisset: deinde subticuisset: ita ut rem prorsus neglexisse uideretur. fuimus & de illo & de te haud parum stomachati: & illi succensebamus: qui suo nō faceret uoto satis: & te in animo nostro accusabamus: qui tuū non implorares officium: neque illum de suo debito cōmoneres : neq; nos de statu rerum certiores faceres: putabamus ab eo uiro: q̄ fueras in Germania te longe mutatum. Sed recreasti nos modo tuis litteris: quibus & moram ducis expurgas: & rem optime inchoatā refers. Laudamus & ducem: & tuam fraternitatem: hortamurque ut cœpta perficiatis . Scribimus duci quemadmodum ex exemplari: quod præsentibus introclusum est: plane cognosces . Legito excellentiæ suæ litteras nostras : & ad uerbum interpretator: & reliqua facito: sicut de tua probitate confidimus : ita ut breui ducem carnalibus oculis intueamur: quem métalibus assidue cernimus: & una proficiscamur in hostem deo propitiante uictores euasuri. Primogenitum ducis nostris uerbis ex corde salutabis: quem intelligimus similem patri creuisse: uirtutis & religionis amatorem .

AD DVCEM

Nobilem borbonii Ducissam: quam dignam omni honore reputamus: commonefacito: ne fratrem a dei seruitio retrahat: quoniam ultor est dominus iniuriarum suarum: & parētum peccata punit in filiis. Si natos amat suos: rebus omnibus honorem dei præferat. Bene uale. Scriptum Tibure sexto idus Iulias. M. cccclxiii.

Pii Secundi: pontificis Maximi epistola quadragesima sexta ad ducem Burgundiæ monēs ut seruet: quæ promiserat ei aduersus Turcos.

IVS Episcopus seruus seruorum dei: dilecto filio nostro in Christo Ihesu nobili uiro Philippo duci Burgundiæ salutem & apostolicam benedictionem. Cum uideremus anno superiore mentis nostræ oculis quanta imminerent christianæ religioni pericula: nisi turcorum armis ac furori quâpropere occurreretur: misimus ad te uenerabilem fratrem nostrum Laurentium episcopum Ferrariensem: qui nostra tibi consilia patefaceret: & tuam opem imploraret: teq; de uoto commoueret. Respondisti: ut principem nobilem & religionis amantissimum decebat: uelle te desiderio nostro satisfacere dixisti: missurumq; mense octobri legatos ad nos: qui de re tota transigerent. Recreasti nos tuo responso: spē que nobis pulcherrimam præbuiti: fidem euāgelicam tuis præsidis aduersus Mahumeteam impietatem saluatum iri. Expectauimus oratores tuos: non uenere in tempore. Cecidimus magna spe. doluimus. nesciuimus quo uerteremur. Perscrutati sumus aliquorū aliorq; principū aīos: nō inuenimus: qui spōsam christi ecclesiam sacrāq; religionē consolaret. Cuncti post sua desyderia uadunt publicæ salutis obliti: interea sæuissimus turcorum princeps Mahumetes congregatis ualidis exercitibus terra marique christianū populū crudelibus lacerauit modis. Lesbion insulā nobile nomini christiano parētē inuasit. cepit. diripuit. & infelices omnes animas in Asiā trāsportauit mulierū & puerorū. uiros aut palis affixit. Misit de inde in hungariam & i Valacchiam suos duces: & maxias intulit clades fidelibus populis. Nouissime uero Bosnam ingressus est: & tanquā tēpesta horrida cuncta uastauit. oppida munitissima expu

BVRGVNDIAE

gnauit: ac protriuit. Regem omni auxilio destitutū in captiuitatē adduxit: regno uniuerso potitus est. Regina inops atq; infelix: dū turcos fugit: christianos nequiores inuenit: a quibus capta detinetur: ut quidam putant: Turcorum principi ad ineundā gratiam dono danda. Discurrit omnem Illyrici oram absq; aduersario uictor exercitus. Trepidāt uicini omnes & qui minus potentes sunt: prius sese dedunt: q̄ adeantur. Dux Stephanus a filio inuaditur, q̄ cū potenti manu turcorū aduersus patrē bellū gerit: & magnā ei partē agri ademit. Ragusei: quāuis mœnibus altis atque crassissimis urbem munerint: impetum nihilominus tam ualidi ac ferocissimi hostis formidant: nec putant se resistere posse. Implorantq; mæsti & anxii undique auxilia. Scanderbechius inducias cum hoste pepigit: quanuis plærique asserant eum ad turcos omnino defecisse: quod nundum exploratum habemus. Veneti: quanuis potētissimi sint: non tamen metu uacant: cum hostis uires animo uoluunt: cogitant: quæ possint inueniri remedia: quibus modis tantus impetus declinetur: præparant arma: uiros naues: & alia ad bellum necessaria: facturi extremum pro religione conatum: si a reliq; christianis non deserantur. Hungari quoq; quantum possunt: tantam conantur: & suis pectoribus tanquā parietibus reliquam christianitatem defendunt: trepidant tamē scientes sese impares esse tantis hostium uiribus. Cuncta ī metu cōstituta sunt. nec spes hactenus ulla data est: quæ possit labantes retinere animos: quasi dormiant christiani principes: ita ruinam fidei orthodoxæ uēturam expectāt. omnes ignoscunt: & nemo succurrit. Tu primus inuētus es carissime fili & princeps deo amantissime: qui nos & reliquā christianitatem in hac animorum conseruatione tantaq; tribulatione cōsolari ac recreare dignatus es: qui p̄ dilectum filium Lucam nuncium nostrū ad te missum litteras ad nos dedisti generosissimi animi tui indices: in quibus oratorum tuorum tardio rem missionem excusas: & te prorsus missurum ī festo assumptionis gloriosæ uirginis Mariæ affirmas: facturumq; omnia pro nostro desyderio ad expeditionem contra turcos obeundam. Petisq; ut in eodem tēpore legationes Italiæ apud nos habeamus: cum quibus res ipsa defensionis fidei uotiue ac feliciter trāsigi queat: quoniam ad illa te

AD DVCEM BVRGVNDIAE

præparas: quæ per Ferrariësem episcopum petiuimus. Benedictus
 deus & pater domini nostri Ihesu christi pater misericordiarum: &
 deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione
 nostra: nec deserit nos in tempore malo. In tempore aptissimo ad
 uenerunt litteræ tuæ: priusquam uenena ulterius serperent morti
 feri serpentis. Retinebit hæc tua deliberatio nutantes animos: &
 omnium mentes confirmabit: quæ labare: quodammodo uidebantur.
 Laudamus mirum in modum animi tui constantiam ac magnitu
 dinem: quæ perseuerat in proposito suo: & quæ deo uouit: nul
 lo pacto uult esse irrita: nec audit consilia in contrarium data.
 Et quis te non magnis præconiis ad cælum tollat: qui unicus es
 inuentus hoc tempore afflictionis fidem christianam defensurus
 qui & si ætate puerctâ excusari posses apud hoïes domi manens: &
 quod restat æui iter cognatos & carissima pignora traducēs: maius
 deo seruire & cum laboribus & anxietatibus maximis pro sancto
 euāgelio decertare. Digna hæc mens tuo genere: dignum propositum
 Fracos illos: unde originem ducis: imitaris: qui nullos pro fide chri
 sti tuenda labores: nulla picula deuitarunt: atque ideo deus eorum re
 gnum in posteros continuauit. Perge fili amantissime. age ut polli
 ceris. præpara te ad tuum aduentum. Sume arma & scutum: & ueni
 in auxilium populo dei. Esto saluator christianitatis. In piculo con
 stituta est religio nostra: nisi adiuues. Turci Bosphorū occupauerunt: ex
 quo regno & hungariæ & germaniæ imminet: & in Italiam sibi
 portam aperuerunt. Nam breuis est ad forum Iulii transitus. Immi
 net Adriatico mari & ciuitatibus Venetorum: quæ in littore Dalma
 tiæ sitæ sunt: quas si occupauerint: quod absit: clausum est mare
 Venetis: & omnis nauigatio interdicta: quoniam Venetiis classes sine
 remigibus Sclauonicis armari non possunt. Occurrendum est: prius
 quam ista fiant. Danda sunt auxilia Venetis & hungaris: quæ nisi tua
 uirtute parentur: difficile est aliunde opem afferri. Nosti: quibus cla
 dibus Italia afflictâ est in siciliæ regno. Nosti germanorum conflicta
 tiones. Hispania & Anglia ualde remotæ sunt prouinciæ: & suis
 domesticis dissensionibus agitantur. Solæ galliæ quiescunt: quæ
 uires tu ipse afferre potes cum fauore carissimi filii Fracorum regis
 potentissimi & christianissimi: qui si nolit exire regnum: potest tamē

AD DVCEM PORTVGALLIAE

multis aliis modis expeditionem in turcos iuuare. Dux mediolani pro sua aī magnitudine: ut cōfidimus: nō deerit huic opi: nec dux Mutinæ: qui alias Mātuxē magnificētissime se obtulit. De genuē sibus paꝝ sperare licet: quibus est opus auxilio alioꝝ. Florētini florent: & possunt si uolunt: plurimum afferre præsidii: & uolent: ut credimus: cum uiderint rem serio geri: nec reliqui potentatus Italiae auxilia denegabūt: excepto regno fatigato nimis atq; prorsus exhausto. Mitte igitur fili legatos tuos ad res firmādas: ut pollice ceris: & præpara te quanto otius ad ueniendum. Nos legationes italiae ad tempus designatū ad nos uocamus: nec dubitamus a futuros. Interea legatum de latete Cardinalem Tusculanum ad Venetos mittimus: qui cum senatu eorum de rebus necessariis trásgat ostendat animum nostrum: & spem bonam faciat. Noli dubitare. iuuabit deus causam suam, nec sinet suam sponsam perire. Nos fili quæcunq; significauimus tibi per Ferrariensem: adimplebimus exponemus animam pro nostris ouibus: quæ Christi sunt: & bonū illum pastorem imitabimur. Tu & nos ætate graues ponemus uelamen ante oculos iuuenum principum: & fortasse multos excitabimus. Esto certus fili: quoniam tu: & nos: & hungari: & ueneti: et si alii sileant. perficiemus tum laude & honore dei hoc iustissimū bellum: quia uenient multi sine mandato principum: & in Asia erunt motus multi: & in Græcia: & manus dei erit nobiscum: quæ uinci non potest. Expectamus cum desyderio tuos oratores: & tuum aduentum: facturi omnia quæ nostro incumbunt officio. Misericors deus: qui tuæ menti sanctum inspirauit propositum: corpus tuum incolume: & animum perseuerantem in suo seruitio custodiat. Scriptum manu propria Romæ. vi. nōas Iulias. M. cccclxiii. pontificatus anno quinto.

Pii Secundi : pont. Max. epistola quadragesima septima ad Regem portugalliae monens ut præstet auxilium contra turcos.

IUS Episcopus seruus seruoꝝ dei carissimo in christo filio Alphōso Regi Portugalliae illustri salutē & apostolicā benedictionem: Ituri sumus in bellum contra turcos: hoc

AD REGEM CASTELLAE

ipsum p̄ nepotem nostrum anno superiore significauimus. Ituri sumus non missuri. Corpus nostrum: quauis debile huic expeditioni & deo donabimus non pugnaturi: neq; n. uires ad hoc adsunt: sed oraturi p̄l̄io intererimus & alios adhortaturi. Mense maio proximo dilectus filius nobilis uir Philippus Burgundiae dux ad nos cum classe uenturus est: cum eo iter ingrediemur. Veneti quoq; classem ualidam adiungent: & hungari terrestri itinere turcos aggredientur: scis quod olim uoueris. Nobis euntibus non licet tibi manere domi: de necessitate salutis obligatus es: tanq̄ princeps & tanquam christianus: defensionis sacrosanctae religionis totis uiribus tuis assistere. Ob hanc causam remittimus ad te procuratorem tuum de nostro proposito: nostroq; desiderio plene instructum. ipsum audi. & uota nostra exaudi. Fac: ne sine te tuisq; auxiliis in tam sanctam & necessariam expeditionem proficiscamur: quando de tua singulari uirtute: & aīo generoso p̄ ceteris orbis christiani regibus praecipua gerimus fiduciam. Noli fallere opinionem nostram quod sine praēiudicio aīae tuae & noīs tui magno dedecore fieri nō posset. Scriptū romae apud sanctum Petrum tertio nonas Octobres. M. cccclxiii.

Pii Secundi: Pont. Max. epistola quadragesima octaua ad regem castellae persuadens ut nolit deesse in expeditione pro fide.

Ius episcopus seruus seruorum dei carissimo in Christo filio Henrico castellae & legionis Regi illustri salutem & apostolicam benedictionem. Ituri sumus cum Philippo duce burgundiae & cum Venetis contra turcos: sicut audies ex Suero capellano tuo uiro probato: hortamur excellentiam tuam ne desis nobis sed ostendas in hoc opere tam sancto nobilitatem aī tui: & regni gloriam: sicut de tua singulari uirtute cōfidimus. Scriptū Romae apud sanctum Petrum die y. Octobris. M. cccclxiii.

Pii Secundi: pont. Max. epistola quadragesima nona ad Franciscum Sphortiam Ducem Mediolani monens ut personaliter proficiscatur contra turcos.

AD DVCEM MEDIOLANI

Ius episcopus feruus seruorum dei: dilecto filio nobili uiro Francisco duci Mediolani salutem & apostolicam benedictionem. Quæ scripturi sumus absentes: multo libetius præsentibus diceremus: & si non tanta terrarum spacia nos disiungere conuenirent atque alloqui tuam nobilitatem nullo pacto neglexissemus. Digna enim res est: quæ uerbis potius quam litteris agitur. At cum præsentia corporalis negetur: oris officium supplebit epistola quamuis interrogata non respondebit: nec seipsam tuebitur impugnata: nisi nostræ petitionis honestas & ingenii tui bonitas spem afferret: non cõfideremus scriptis impetrare quod quærimus? Quid hoc sit scire quam primum aures: exponemus cum fiducia: desiderium nostrum piasque cogitationes aperiemus amanti filio. aduerte atque aures benignas adhibe? Christianus es. christumque dei filium colis cum patre & spiritu sancto regnantem: unumque deum in trinitate personarum: & trinitatem in unitate diuinitatis adoras. Multa & magna ab hoc ipso deo consecutus es bona. Quæcunque in te maxima & optima sunt: dei dona esse non ambigis. libet paululum ista percurrere. Quis tibi parentem clarissimum Sphortiam inter belli duces sui sæculi principem dedit? Deus. Quis te adolescentem in exercitu: cum patrem inimica rapuisset unda: præfecit? Deus. Quis tibi uictoriam de Braccio tribuit? Deus. Quis tibi aut Florétinos: aut Venetos: aut Insubres: aut ligures: aut trãsalpinos gallos totiens superare concessit? Deus. Quis tibi uxorem formosam: prudentem: nobilem: fecundam: & magni principis filiam coniunxit? Deus. Quis tibi Mediolanum subegit? Deus. Quis te fratribus bello claris honestauit? Deus. Quis te pulcherrima sobole donauit? Deus. Quis tibi ualidum & honestum corpus indulxit? Deus. Quis te ex mille periculis liberauit? Deus. Quis te ad sexagesimum uitæ annum perduxit? Deus. Si uelimus beneficia numerare: quæ in te bonitas magni dei cumulauit: longiores fuerimus quam instituiamus. Tu illa melius nosti: cuius adolescentia ad rei militaris scientiam non alienis præceptis: sed suis imperiis: non offensionibus belli: sed uictoriis: non stipendiis: sed triumphis est tradita. Qui alienis copiis cum aliquandiu præfuisse: pluraque bella gessisse: quam alii uiderunt: aliisque pugnando uicisse: tibi tandem militare statuisti:

& proprium ducens exercitum laborando uigilando instando uin-
 cēdo ad regnum usq; puenisti. Ducem te uocat populus. Res ipsa
 regē te esse declarat. Et n. præsides regno: quod longobardi olim
 tenuere: Ciuitatum numero: populorū frequentia: potentia quoq;
 & opibus pluribus regnis sublimius atq; præclarius ultra citraq;
 padum regnas: floremq; illum Italiæ obtines: cui Gallia cisalpina
 fuit olim nomen: nunc uulgo lombardia dicitur. Inter christianos
 principes magnus & clarus haberis. Inter hoīes nostri sæculi unū
 te fortunatissimū cuncti prædicant. oīa suppetunt tibi: quæ mor-
 tales optima ducunt. nec tu ita nescius es: ut hæc tibi attribuas:
 quasi tua uirtute quæsitæ ex alto cōcessa sunt. Sine bonis quæ pri-
 sci fortunæ dixerunt: nos tēporalia uocamus. multos uidimus uir-
 tute præstantes. Benignis te oculis respexit deus: qui tibi & uirtu-
 tem largitus est: & uirtutis amplissima præmia. Sed quid tu fili
 pro tot tantisq; beneficiis largitori omnium domino retribuisti?
 quid fecisti: ut gratus uiderere? Cauisti ne deum offendere? an po-
 tius tanto licentius uixisti: quanto fortuna tua fuit maior? Noli
 ægre ferre: si liberius tecum agimus. accipe patris uerba in bonā
 partem. Nosce te ipsum. & quæ gesseris: in hanc usq; diem: mente
 reuolue. Gratus ne filius: an contumax: atque rebellis fuisti deo:
 cum Romanæ ecclesiæ bellum intulisti & patrimonium beati Pe-
 tri inuasisti: nec dimisisti: nisi coactus? Quot te duce rapinæ: incē-
 dia: cedes perpetratae sunt? Quot raptæ uirgines? Quot matronæ
 uiolatae? Quot urbes incensae? Quot sacraria direpta atque diru-
 ta? Et quam fecisti pro tot offensionibus emendam? introspecte
 conscientiam tuam. uide quis fueris: & quam duxeris uitam. Si
 castus: si modestus: si abstinens: si iustus: si præceptorum dei cu-
 stos: bene est. At si lapsus es: si legem domini contempsisti: debi-
 torem te esse nequaquam ignoras. Cogita: ut dissoluas aliquando
 debitum: duplex tibi satisfaciendi ratio incumbit: altera pro pecca-
 tis: quorū tu ipse conscius es: altera pro maximis & innumerabili-
 bus beneficiis: quæ tibi a deo collata sunt. Tēpus est tandē: ut sa-
 tisfacias. Sexagesimū exegisti annū. Quantum supsit æui: incertū
 est. Nemo crastinā diem sibi promittere pōt. Nescis: qd uesper ue-
 hat. Impossibile est senem diu uiuere. Dum tempus adest: dissolue

debitum. Præsens iam prodemodum uita effluxit. Inquire alterâ
 priusquã ista prorsus deficiat: nisi dum uiuis in hoc sæculo de al
 tero cogitaueris: totus moriere. In tenebras mitteris exteriores
 nunq̃ uisurus lucem: nisi dum luce præsentis frueris: opera lucis
 feceris: nisi delicta expiaueris: quæ cõmisisti: & dignã gratitudinẽ
 pro susceptis beneficiis ostenderis. Caue: ne uoceris ad iudicium:
 priusq̃ satisfacias. occupa tempus: quod adest. occasiõem: quæ obii
 citur: arripe. obiecta facultas est: qua facile possis & debitum tu
 um persoluere: & uitam æternã acquirere. Quæris quo nã pacto:
 uia in promptu est: quã si tenueris: nõ solũ animæ tuæ: sed gloriæ
 quoq; consules: cuius nomen per omnia sæcula mãsusq; ad omnes
 gentes illustre perueniet. Si neglexeris: infamis fies deo & homini
 bus odiosus. Cogaris facere: quæ suadebimus: nisi & nominis: &
 animæ detrimentum perferre uolueris. Expectas cū desyderio hãc
 tibi uia monstrari: istuc uenimus. Philippũ Burgũdiæ Ducem no
 stri Regio Francoꝝ sanguine natum ditissimis ac nobilissimis pro
 uinciis præsentem nulloq; nostri sæculi rege minorẽ: is audita
 Bosnẽsium strage regisq; gentis eiusce miserrima nece: & quod i
 dies turcorum uires inualescunt: christianorũ debilitatur: nec iam
 finitimis Turco populis animus ẽ arma capessere: misertus chri
 stianæ religionis ne præda Turcoꝝ fiat: ne sanctũ euangeliũ con
 culcetur: corpus suum in expeditionẽ aduersus blasphemã gentẽ
 deuouit. Legati eius ad nos missi asserunt eum proximo uere aut
 in itinere moriturũ: aut ad nos uenturũ. Vltius pro nostra uolun
 tate siue in græciam: siue in Asiam profecturũ bellum turcis illa
 turũ: huius te sequi uitã optamus: quod hic facturũ se offert: idem
 ex te desyderamus. Arma in turcos induas: cupimus: Nõ es senior
 eo. Quod ipse pollicetur: recusare non potes: dimidio breuior tibi
 superest uia: nec nos te sub alio quouis Impatore militaturũ quæ
 rimus. Dux eris & moderator exercitus. Nec Philippus: quĩ nobi
 lissimus & altissimo sanguine natus ducatum tuum dedignãt: q
 uero expetit: ac magnope desyderat i turcos pugnaturũ te sibi du
 cem fore: salutẽ christiani populi quærit nõ gloriam suã. Nouit:
 quantum in bello ualeat auctoritas atq; felicitas Impatoris: quã
 tiq; te faciant in armis: cū ciues cū hostes non ignorat cui ad res

AD DVCEM

militares bene feliciterq; gerendas diuinitus quædam semper ad
 iuncta prospitas fuit. Vnum te esse confidit: qui ducere scias exer
 citum ac reducere: qui hostium præuenire consilia noris atq; oēs
 insidias euitare. Notum esse in turcis tuum nomen non dubitat.
 Quod si te præsentem in castris acceperint: non minus auctori
 te tanti uiri: q̄ in robore magni exercitus terrebut. Recte ab ora
 tore scriptum est ad administranda bella uæhementer pertinere:
 quid hostes: quid socii de nostris imperatoribus existiment: cum
 opinione non minus famæ q̄ certa ratione moueantur homines.
 Quibus ex rebus optat Philippus optamus & nos maxime expedi
 tioni quâ paramus in turcos: ne corpus tuum: ne te ducem dene
 ges: ne ue tuam auctoritatē felicitatēq; subtrahas. Princeps: quæ
 sunt digna principe: cogitabit: inquit sapiens. Amplectere hoc mu
 nus tua uirtute dignissimum gloriose princeps. Nulla res est: in
 qua te possis aut laudabilius aut gloriosius exercere. Respice statū
 christianitatis. Consydera quæ nunc est christiana religio: & quæ
 olim fuit. De sanctis apostolis prophetauit Dauid: quod in omnē
 terram exiret sonus eorū: & in fines orbis terræ uerba eorū: nec mē
 titus est. Dissæminatum euangelium oīs impleuit terras. Christo
 totus paruit orbis. Vide: quo sumus redacti. Vix āgulum Europæ
 seruauimus. Hierosolymam perdidimus: in qua Iesus pro nostra
 salute crucem ptulit. Sepulchrum illud sacrumq; lectum: in quo
 propter nos uita nostra obdormiuit ī domino: spurci & foetidi Ma
 humetis obseruant cultores: quæstusq; tantum causa nostris ostē
 dunt. Miserrima condicio christianorum: qui domini & dei sui se
 pulchrum: nisi Sarrhaceni permittant: uidere non possunt. Antio
 chiam: in qua sedit beatus Petrus: ante quam Romam peteret: &
 Damascum: in cuius agro creditur Adam fuisse formatus: & sep
 tem Asiæ ciuitates: quibus prædicauit Iohānes apostolus: & oēm
 Asiam: Syriam: Mesopotamiam: Persidem: Mediam: ultioresq;
 gentes Mahumeteus occupauit error. Qui natus in Arabia Aegy
 ptum infecit: & Alexādriam beati Marci sedem euangelicæ doctri
 næ felicem olim scholam optimarq; artium: & omnium litterarū
 nobile sacrarium corrupit. Cirenem peruasit: & æmulam Roma
 næ urbis Carthaginem: omnēq; libyam decipiens iuxta Maurita

niam Gaditano transmissio freto in hispaniam usq; penetrauit: cui
 usq; in hanc diem pars Bethicæ paret: quam nunc Granatá uocát
 Ex asia quoq; in Græciam Mahumetea transiuit insania: nec tan
 tas impedire blasphemias helleponto licuit: contédentibus de im
 perio græcis: ciuili dissensione crassate patrum nostrorū memoria
 turci Calliopolin: & Adrianopolí: multasq; alias ciuitates & i thra
 cia & in Thessalia & Attica: & i reliqua græcia occupauere. Nouissi
 me diebus nostris orientalis impii ac totius græciæ columen Cō
 stantinopolis in turcorū potestatem peruenit: quam prisca nouam
 romam appellauere: patriarchali sede atq; impiali throno glorio
 sam: quæ ante hoc tempus a christiano noie nunquam abhorruit
 nunc non sine magno dedecore nostro amissa est: neq; hic nostra
 calamitas finem habuit. Bulgariam totam pdidimus & Rasciam:
 & Seruiam: & quicquid terrarū ab Adrianopoli Sauum usq; amnē
 ac Danubium interiacet. Valachi quoq; ultra Danubium quæsi
 nō pauci ad turcos defecere. Ex altera parte: qua notissima nostris
 mercatoribus sese maria infundunt: Peloponnesus amissa ē. Arx
 græciæ quondam uocata & Achaia & Acarnania: & Epyrus: & Ma
 cedoniæ maior pars: & hoc tandem anno: proh pudor: Bosna capta
 est & Lesbos absq; humani sanguinis effusione: absq; cōtumelia
 christiani nominis: absq; iniuria magni dei sanctæq; trinitatis.
 hæc fortasse gesta dixerit aliquis: mendacium est. In captiuitate
 constantinopolitana Constantino Imperatori abscisum caput: ha
 stæ suffixum per ciuitatem: & castra delatum est. nobilitas cæsa.
 Sacerdotes crudeliter laniati. plebs uænundata. & ad seruitia in
 Asiā missa. Sacræ uirgines incoestatae. matronæ ac puellæ ea passæ
 quæ uictoribus libuerunt. sacra loca foedata atq; dirupta. Nobile
 sanctæ Sophiæ téplum Iustiniani Cæsaris opus toto orbe memo
 rabile spurciciæ Mahumeteæ reseruatū. imagines dei ac sanctorū
 deletæ. diuina & imortalis trinitas publice blasphemari. Crucifixi
 simulacræ per derisionē in castra portatū sputo luto atq; oī foedita
 te prouolutū: nec minora in aliis locis ppetrata. Rascianis principi
 bus (quos uocát Despotos) eruti oculi. optiæ gētis suffixi palis
 aut grauioribus affecti suppliciis. nō ē mēoratu facile. In subactis

AD DVCEM

prouinciis quantam exercuerint turci sæuiciam : quanta in christia-
 nos immanitate sint usi . Catacusinū in sulæ dominū apud Mity-
 lenem crudeliter trucidarunt : atq; Italici generis puberes oēs acu-
 tis transfixere palis . Græcanicam plebem uændidere sub hasta . In
 Bosna quoq; Stefanum regem : qui salutem pactus sese dederat
 hosti : Mahumetes ipse humano sanguine insatiabilis : & omni be-
 stia truculentior sua manu obrūcauit : & cū eo nobilem patrum
 pari crudelitate peremit : uirosq; omnes potentiores coniecit in uī-
 cula . in fœminis nulla modestia usus est . in sacris nulla reuerētia
 populus in seruitutem adductus . uastata regio . diuina & humana
 pariter deleta . hæc facta sunt nostris diebus : & tacuimus : ac tace-
 mus . Quid iam restat : nisi ut in Italiam ueniatur . non multū iti-
 neris ex Bosna in forū Iulii : nec ualde difficilis aditus . Carni sunt
 medii nec potentes populi : nec altis tuti fluminibus : nec asperio-
 ribus clausi montibus . Si uelit itinere terrestri Italiam inuadere
 turcus : non procul abest . Si maritimo sexaginta millia passuum :
 aut amplius paulo ex Vallona usq; Brundisium nauigatio patet .
 Quid tibi uideatur fili : parua ne censes : quæ christianis intulit tur-
 cus mala : futura ne cernis pericula : nunquid præteritas uindicare
 iniurias decet : futuraq; præcauere : an impune christianæ religio-
 ni turcus illuxerit : diuinūq; nomē blasphemauerit : Quauis non
 est diuina maiestas : quæ lædi possit aut minui : nos tamen blasphe-
 mias dei atq; sanctorū inultas ferre non decet . Multa in ueteri te-
 stamento exēpla legunt : quæ nos admonēt illatas deo cōtumelias
 uindicare . Non tulit Finees adulterantē Zambri in zelo domini
 scortum : atq; ipsum interfecit . nec Matthatias sacrificātes idolis
 tolerauit hebræos : cum septē filiis robustissimis Antiochi profa-
 natores deiecit dicens melius esse mori in bello q̄ uidere mala gē-
 tis suæ ac sanctorū . Non est uerus christianus : non est fidelis : non
 est dignus honore : q̄ sine mētis cōturbatione diuinas blasphemias
 audit . Si clientulus : si subditus noster : si libertus : si seruus uiolat
 irascimur : arma capimus : uindictam exposcimus . & pro cōtumelia
 dei non cōmouebimur : Si propinquo : si amico aliqd agri sublatū
 est : uires cum eo iungimus : atq; oī conatu studioq; recuperare p̄di-
 ta nitimur . Heu quantū agri : quantū possessionis : quantum impiū

domino nostro ablatum ē Christo Ihesu: nec de recuperatione cogitamus. ingrati filii sumus: & hæreditate domini prorsus indigni qui tanta desidia atq; torpedine: quæ illi sunt ablata: negligimus. Quid perdita commemoramus? Vtinam solliciti essemus seruare quæ restant. In angulū Europæ redacti sumus: neq; hoc tueri conamur. Vrgent in dies turci. murus noster hungaria quatitur. hac expugnata Germani cladem expectant & Itali: quanuis ad nos: ut diximus: aliæ portæ pateant. Nulla dies præterit: quæ nō aliquid auferat Euangelio. Perimus in horas: & non sentimus. Lætargum patimur dormientes morimur. En fili: en princeps nobilis potes ne ista audire: & non aīo cōmoueri? Minime quidē te adeo ferū aut ferreum esse credimus. Angeris: ut arbitramur: hæc audiēs: nec potes de cōi salute cogitare: Verū de communibus rebus communia cogitas: & quasi de cōmuni sorte sis unus ea facturū te polliceris: quæ faciant alii. Non hoc uolumus. plus aliquid exigimus. ex uiro singulari singularia petimus. ex raro rara. Philippo te socium cupimus in exercitu te uidere præsentē ducere copias: ordinare acies. signū prælii dare. hostes iuadere urgere: pfligare: ac prorsus delere desyderamus. huic te muneri accingas: oramus. hūc laborem: & quæ sūt ī eo picula: præcamur: ne fugias. Sic te deo gratum ostendes. sic tua peccata purgabis. sic fama apud omnes clarebis: & nulla unquam ætas de tuis laudibus conticescet. Dices te satis gloriæ nactum superioribus bellis. extare uictoriarū tuarū multis ī locis trophæa: quæ te fama sup æthera uehant: quæ clarissime gesseris: p multa in omniū ore uersare poetas & oratores in tuis celebrandis laudibus desudasse: iāq; publice historias & poemata legi de tuis operibus edita. Bella: quæ. hæctenus gessisti fili: quibus tibi multum peperere laudis: quæ fortitudinē: patientiā: uigilantiā: celeritatē: industriā: cōsiliū: cæterasq; uirtutes tuas patefecerūt: plurimū tamē ab his distant: quæ nūc gerēda proponimus. In illis priuatā utilitatē sectabaris. in istis cōmunē inuestigabis. In illis temporale regnū quæsiuisti. in istis æternū adipisceris. In illis non fuisti sine peccato. in istis ab omni peccato mūdaberis. Illa cupiditatis fuerunt. ista religionis erunt. Illa hominum. ista dei: quāuis præclara sunt: quæ gessisti hæctenus: leuiuscula tamē uidebūt ad ea cōpara

AD DVCEM

ta: quæ nunc faciēda proponimus: quæ nō solū fecisse: sed uoluisse
 facere beatitudinem præstat. Quantum diuina præcellūt iis: tan-
 tū bella pro Christo suscepta ea superāt: quæ hominum cā regnā-
 di cupiditate geruntur. In his uersatum pleno te ore: & qui nūc ui-
 uunt: & postea laudabunt. Ad hæc senectutē fortasse obiicies: Sini-
 te me: iā sum grauioris ætatis inq̄es: quietē cariosa membra depo-
 scunt: non sum aptus galeæ: thoracem ferre non possum. Deo gra-
 tias agimus: qui tibi hāc excusationem ademit. diuino munere so-
 spes es: & optime uales: multo te seniores militauere Massinissam
 ferunt extremo iam senio nullo adiutore cōscēdisse equum: & mu-
 nera obisse militaria. Sigismū dum Cæsarē uidimus supra septua-
 gesimū annū castra sequētē. Quid uetera aut externa quærimus:
 In familia tua extāt exēpla: Michelettus patruus tuus florētini du-
 ctor exercitus ad nonagesimū annū militādo puenit. Non excusat
 ætas Ducē. morbi excusare possūt. āni nō possūt. Militiæ assuetos
 hoīes equo insedētes magis quā lectulo incubātes mori delectat:
 atq; idcirco sine lāgoribus plærūq; uitā finiūt. Desiccant malos hu-
 mores labor: nec artetis sinit locū esse doloribus. & fortasse tua no-
 bilitas: si p̄ sua consuetudine militiæ insudasset: laboresq; castro-
 rum pertulisset: neq; ad urbanum otium se redegisset: superiori an-
 no ægrotatione illa caruisses: quæ te prope exanimauit. Crede no-
 bis fili longe sanius ī negotio uiues: quā in otio. Castrenses labo-
 res: ac uigiliæ: exercitatio: sudor: & quas inter nutritus es: ætatēq;
 fere omnem duxisti militiæ molestiæ atq; angustia: diutius te in
 uita conseruabunt. Noli accusare senectutem: qui nō es Philippo
 senior. Multi in ea ætate: in qua es: castra sequuntur. & princeps
 quidem Tarentinus multo te natu grandior: & hoc anno & supio-
 re fuit in castris. Ille in profana priuataq; causa exercere fatigare
 q; seniū nō recusat. & tu in cōi diuinoque opere senectutis obtētū
 excusationem prætedes. Tuum ingenium: tuā idustriam: tuos ocu-
 los: qui uidere omnia in bello solēt: nō tui corporis robur: tuasue
 manus querimus: cōsulere: monere: īperare tuum erit. Iuuenes la-
 certos exercebunt: & fortia pectora obiciēt hostibus. Noli negare
 nobis præcelsum animū tuum. absit excusatio senectutis: ubi cū
 senibus ē eundū. Erius & nos: si deus dederit: in hac expēditōe præ-

sentes non solum ætate: ueræ etiam morbis graues Stat animus ca-
 niciem nostram huic militiæ consecrare: & inutile corpus ei resti-
 tuere: q̄ dedit Nihil ualemus in bello: quis nescit? Spectare præli-
 um possumus: pugnare non possumus nec dignitas nostra est: cui
 competat ferrum stringere: qui eius locum tenemus: cui dictum ē
 a domino: Mitte gladium tuum in uagina. Principes sæculi ensem
 exercere nostro iussu debent. nostrum est pugnatibus pro religio-
 ne benedicere diuinumq; implorare fauorem: & hoc quidem se du-
 lo faciemus. In monte aliquo: aut ex alta puppi spectabimus præ-
 liantes: & instar Mosei precibus & orationibus incumbemus: dū
 tu ac Philippus acies ordinabitis: & robustissimi milites manum
 conferent. Ibimus crucē domini præferentes. sequemur sacratissi-
 mum Christi corpus: sanctorum reliquias adducemus in hostes
 christianæ religionis: caput: & ornamentum: & suprema maiestas
 ibit in bellum: Quantus sit fidei zelus: quantaue christianorū cu-
 ra: nunc palam fiet. Si non sequentur Christum domini: qui chri-
 stiani uocantur: apparebit eos falsū induisse nomen. Nos tamen
 te comite ac Philippo iter agemus. Ibimus in hanc expeditionem:
 ne dubita. Senes sequemur senes. bellum hoc senum appellabit: &
 hanc notam nostri sæculi regibus ac principibus inuremus: ut
 exeuntibus ad bellum pro religione senibus iuuenes domi manse-
 rint: memorabile in posteris opus forsitan: & aliqui uerebūtur in-
 famiam iuuenes: & nostra castra sequentur. plura de hac senectu-
 tis excusatione diceremus: nisi prospecta esset animi tui generosi-
 tas: cui quæ maxima sunt: & claritudinem præ se ferūt: haud diffi-
 cile suadetur. Nec non tuum iudicium formidamus. Consiliarios
 tuos: & uxorem: & amicos: & liberos non te ipsum timemus. Sci-
 mus egregiam mentem tuam sentire nobiscū: ardua cupis & al-
 ta: nec animo tuo quicquam maius ē: sed aderūt cōsiliarii: aderūt
 & amici. Quid agis maxie princeps inquit: quo te is perditum in
 græciam nauigabis? Turcis inferes bellū: & regnū tuum nobilissi-
 mum atq; opulentissimū tanto labore quæsitum hostibus dissipā-
 dū relinques? Et q̄s illud te absente tuebit? Vxori ne cōmittes an-
 filio: nūquā satis in fœmina præsidii fuit: filium adolescentia pro-
 hibet administrare. An nescis: quot circumstant lupi rapaces? Diffi-

AD DVCEM

cile custoditur: quod a multis quaeritur. Ducere te florem militiae oportebit. Quis fines defensor domi manebit? insidias nostri finitimarum gentium: & unde timendum sit: tute melius nosti. Caue ne dum alienas opes tutari pergis: amittas tuas: & liberi tui pulcherrima soboles in spe regni nati educatique domo tandem eiectione mendicare cogantur. Si corpus tuum: si teipsum paruifacis: at saltem liberis consule: qui te habiturum in hoc bellum nunquam amplius videre sperant: & iam iam te simul ac regnum amisisse videntur. Haec suggeret tibi: non dubitamus magna pars eorum: qui latera tua stipant: & qui tuo favore lauti facti sunt ac potentes. Ex purpuratis tuis alii expensas formidabunt: alii labores ac pericula. pauci erunt: qui talia consulentes non sibi magis: quam tibi consulant. quavis de tuo periculo non de suo sese anxios ostentabunt. Sed age bone princeps expendamus haec consilia. Nos tantum ab illorum opinione distamus: ut quae illi formidanda putant: tutissima censeamus: nec uereamur asserere principatum tuum securiore futurum in causa dei te absente: quam si domi delitueris. Remanebit uxor tua nobilissima mulier: quam subditi omnes colunt. Remanebit Galeacius spes unica gentis insubrium magnanimum illum & sapientissimum olim ducem proauum suum nomine referes: cuius memoria ex cordibus longobardorum deleri non potest. Vnde illis timor forsitan ex Francia? At rex ille francorum: cuius christianissima propago dicitur: nunquam eo erroris adduceretur: ut regnum tuum inuaderet: dum Christo militas: cauebitur quoque & huic parti securitas tibi ab illo fiet. quid de Venetis dixerimus? An hos uereri oportebit: quorum saluti consules? rem Venetorum ages: & illorum arma timebis? Non coherent ista simul: nec uero consonant. quin potius si quid rubiginis est inter Senatuum Venetum: & tuam excellentiam: siquid suspicionis: siquid simultatis: totum hoc tuo itinere auferet. Obligabis tibi & posteritati tuae Venetos. aeterna erit illorum erga tuum genus caritas ac benivolentia. parui labore tempus in multos annos tuis posteris consules. & quod erit timendum de tui tuae hic Venetis: inde francis securitatem promittentibus? Adde Florentinorum uigilias: ac diligentes excubias: quorum per maxime interest in tuis tuorumque manibus seruari Mediolanum. Illi subibunt curam: ne quid detrimenti per absentiam tuam res longobardicae patiantur. Illos tuis

MEDIOLANI

filiis adiutores patronos ac tutores relinques. Illi non minus de salute tuæ domus: quæ tu ipse solliciti erunt. Ipse præterea deus omnipotens: & dominus noster Ihesus Christus tuorum filiorum custos erit: tutamque tibi familiam: & saluum principatum conseruabit: nec cum suam agites causam: relinquet ipse tuam. Sed ære alieno grauat sum ais: tantos subire sumptus nulla ratione potuerim. imo uero hæc unica uia est. qua possis dissoluere debitum. diminues sumptus: non augebis. Quamplurimi te sequentur suo ære militaturi. Deus ipse tibi adiunget milites: multis modis licebit ad hoc bellum pecunias quærere. Scis: quæ Mantuæ meditata fuere: & illa & alia in medium ueniēt. Iacta cogitatum tuum in domino: & ipse te enutriet. Non deest argentum deo: cuius sunt omnes thesauri terræ. Inueniet ecclesia: quo pacto necessaria tibi suppeditet. At dux est: inquis: dulces relinquere natos: & amatam coniugem: & urbis opulentissimæ delicias: assuetus regno uoluptatibus regni carere non potes. Non petimus hæc ita relinquas: quasi nunquam recuperaturus. Carere ad breue tempus his te comodis uolumus: moxque ad ea reuerti? Dulciora sunt intermissa gaudia: uoluptates comedat rarior usus post laborem gratissima quies: suauissimus post uigiliam sompnus. Si tuis potum approbat: cybum fames: marcescit in otio uirtus. Redeunti ex bello cuncta tibi & suauiora uidebuntur & meliora. Si reuertar: inquis. Quid si moriar? recta in caelum ibis peccatis exutus omnibus: & nulla pristinae sordis inquinatus macula. Beatus: qui uel in bello ceciderit: uel iturus ad bellum in uia fuerit morte præuentus: Pari apud deum lance ponderantur: & qui causam eius tuentur: & qui tueri totis uiribus adnituntur. Voluntatem inspicit æthereus iudex magis quam opus. At domi uelles mori tanquam mollius ossa cubent manibus tumultata suorum: uana isthæc: facilis iactura sepulchri. consulendum est animæ magis quam corpori. hæc ubicumque moriaris: tantumde habet ad caelum uia. honesta mors quærenda est non pompa sepulchri: pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Sanctos domini esse nemo dubitat: qui pro testamento eius moriuntur: qui pro religione pugnantes in bello cadunt. Si omnibus: qui patriam auxerint: iuuerint: defenderint: certum est esse in caelo definitum locum: in quo beati æuo seipiterno fruuntur: quemadmodum philosophi tra-

AD DVCEM

diderunt. Quid de illis dicemus: q̄ pro rep. christiana tuenda : pro fide catholica ampliada: pro sancto euāgelio conseruando animā suā posuerūt? Quis dubitet in cælesti regno cū beatissimis spiritibus lucidas his sedes cōstitutatas esse. Credendum est sacris eloq̄is: quoniam nec oculus uidit: nec auris audiuit : nec in cor hominis ascendit: quæ promisit dominus diligentibus se. Et quoniam non sunt dignæ passionēs huius sæculi ad futuram gloriam: quæ reuelabitur in nobis caue fili: ne uel uxor te domi retineat : uel filiorū cognatorūq; caritas: aut regni delectabile culmen. Noli p̄ deo graue ducere his ad tempus carere: quæ tandem inuitus: quando uoluerit deus: cogaris relinquere. Si nūc dimiseris iubente domino: cito recuperabis dimissa : & amplius æterni regni promissionem accipies. Si hanc iussionem neglexeris: dimittes tamen aliquando & uxorē & liberos: aut ipsi præmorientes te dimittent. Regnū quoq; relinquere oportebit: nec recuperationi locus erit. Incertum quo sis iturus. Nam quæ spes futuri regni esse potest ei: qui uocatus ad regnum ire cōtempserit? Timemus tibi fili timemus uæhementer: nisi audias uocem dei: qui te ire in turcos iubet. Iam senex es: ut ais: quanto uixisti diutius: tanto minus supat uitæ. Emerenda ē altera: priusq̄ ista deficiat? Caue: ne decipiaris ab his: qui animā extingui cū corpore putant: & alteræ negant sæculum. credendum est semper sacris ueteribusq; sermonibus deū esse dicentibus: qui opera hominū bona præmiat. mala punit: & impios igne urit inextinguibili. pios indefectibili luce donat beatosq; reddit. quod nō solum nostri theologi docent : sed philosophorū quoq; peritissimorū libri cōfirmant. Consule tibi: & noli: cum feliciter in hoc mūdo uixeris: in alio miser esse: in quo sine termino uiuitur. Sed opinaris fortasse difficillimū tibi offerri bellum: ex quo uictor nequeas aut honoratus reuerti. Audiuisti multa de turcis & imperio Mahumetis: quod terra mariq; late pateat quod innumerabiles exercitus cogere turci soleant. quod Asiæ dominantur & greciæ. quod auri: & argēti diuites facile desyderiū suū expleant. Quid ualebūt nostræ uires: ais: aduersus tantum imperatorē? Dicemus breuiter : quāuis magnam esse Mahumetis potentiam nō negamus: minor ē tamē: quā fama feratur. excedit rumor uerū: numerosos: fatemur: exercitus

cogere potest: uerū ibellis populi & prorsus effœmiati. Græcia: quæ quōdam robustissima fuit: & orientis impium uendicauit: oīum hodie gentium uilissima & abiectissima est. Asiaticos mulieres potius: q̄ uiros dixeris. Inermes ad prælium eunt: parma tantū & arcu muniunt: non cataphracti equi uisuntur: non galeati equites rara lorica cernit: rarior thorax: ense recuruo cesimq; pugnāt: quāuis robusta turcorum corpora dicāt: nuda sunt tamen aut armis tecta debilioribus. Quid facient miseri: ubi nostrorū equitū cohortes inciderit & asperas ferro hastasq; acies incurrerint? aptissima cedi turba est: tanquam pecudes maclabuntur. In mari nō est turcorum classis: quæ Venetam ferre queat. In terra hungaros formidāt. Quid faciāt cum latinis & nostræ splendorem militiæ uiderint? Hactenus cū græcis pugnauere: & inermibus populis: ubi ad nostros uentum fuerit: sentiēt: q̄tum distent a mulieribus uiri. Quid quod ī Thracia: Mysia: totaq; græcia: & ubiq; citra Hellespōtū aduenæ turci sunt inhospites pauci pro multis: nec diliguntur a subditis. Quis enim eum diligit dominū: qui suæ religionis est hostis? & a quo miserrima premit̄ seruitute? Odere græci turcos. qđ si spes eis fiat recuperandæ libertatis: facile nostris armis illos euicient. Recens capti Bosnenses serui. Rasciani cito ab eis deficiēt. Albani præsto sunt nobiscū arma cōiungere. Maritima classis modo unā prouinciā: modo alterā infestabit. Hungari p̄ Rasciam: & Bulgariam penetrabunt. Sunt & in Asia uiri potentes Caramanus Ciliciæ tyrānus: & alii complures Mahumetis inimici: q̄ eū a tergo ferient. Non sufficient uires eius tot loca tueri: nec tantis apparatus respondere. Vexillū crucis christianaque signa certissime copix sequentur: Hungarorum: Burgundiorum: Venetorū: Albanorū Tuæq; si ueneris: & nostræ & illorum: qui coacti seruiunt turcis: quamprimum poterunt iugū excutere. Alios præterimus: qui suo pte ingenio etiam non uocati uenient: cum increbuerit fama te simul ac Philippum cum Venetis: Hungaris: ac Romano pontifice expeditionem pro religione parare. Verebitur Lodouicus franciæ Rex: qui se christianissimum uocitat: in eo exercitu suos non apparare francos: qui pro Christo pugnaturus egreditur. Pudebit eum: pudebitq; cæteros reges: cum tu eas ac Philippus & nos ui

Ludouicus Fran. Rex
christianissimum se uocitat.

AD BLANCAM MARIAM

uificæ crucis signum præferamus: defensionis fidei auxilia nõ præbere. Venient plures q̄ credamus. alios religionis zelus adducet. alios cupido gloriæ: & magna uidendi auiditas trahet. alii cum domi tuto esse nõ possint: sub specie militiæ honestum sibi exilium eligent. Quosdam inuitos militare domino reges cogēt: ne domi seditiones excitent. Non deerit Christo unde suum possit parare exercitū atq; supplere. Accingere igitur fili: & in hanc gloriosam expeditionem te ipsum q̄ totius præpara. neq; hoc bellum euites: quod nos te debiliores adituri sumus: & Philippus te senior ingressurus. Esto gratus domino pro beneficiis tibi collatis. Cõsule aĩæ tuæ: dum tēpus habes. Redime peccata quæ cõmisisti hoc tā præclaro faciore: quod tibi proponimus. Amplectere oblatā gloriam: ut hanc tantæ laudis hæreditatē tuis relinquere posteris ualeas. Cõsule periclitanti religioni: & hoc bellum tā necessarium uolēs libēsq; subito: in quo si te ducē præbueris: certā nobis uictoriam de immanissimo dracone pollicet̃ dominus. Si abfueris: nescimus: q̄nam sperare possumus: & magnā tui noĩs timemus infamiam: nec dubitamus: quin domini & saluatoris tui indignationē incurras. Cõsulere nos: & uniuersam Christi ecclesiam. cõcede te deo in hoc sanctissimo bello. suscipe demandatā puinciam læto aĩo: quæ te gloriosum in terra faciet: & deniq; regnaturæ assumet in cælū. Filiis uero tuis: & natis natoꝝ: & qui nascentur ab illis regnum perpetuo cõfirmabit misericors deus: qui tuos in hanc usq; diem feliciter gressus direxit: & in cuius manu sunt corda regum: det tibi eligere: quod suæ uoluntati sit placitum: teq; tuamq; domum bene custodiat. Data Romæ.

Pii Secundi: Pont. Max. Epistola quadregesima ad Blancā Mariam Ducissam Mediolani: ne obstet uiro deliberanti ire pro fide
IUS Episcopus seruus seruorum dei dilectæ filię Nobili mulieri Blancæ Mediolani Ducissæ salutē & apostolicā benedictionē. Virū tuum aduersus ipios Turcos arma sumere iubet deus: hoc ei scribimus: uide ne hostes. piculosum est diuinæ uoluntati resistere. periclitat̃ christiana religio. In foribus hostes adsunt. ppe ad radicē posita ē securis. nisi uigilamus: nisi

DVCISSAM MEDIOLANI

forti animo resistimus hosti: actum ē de noīe christiano: Spes magna salutis ī tuo uiro sita est. Si sumpserit arma & scutum ducto rēq; se christianis præbuerit: liberabit dominus in manu eius populum suū: & immaniſsimū Draconē conteret. Quod si prouinciā hāc recusauerit: nec diuinæ uocationi paruerit: cæteri quoq; se subtrahent: impediaturq; sua culpa christianæ fidei expectata defēſio. Quod de sua magnanimitate haud quaquā putamus: cui semper magna & præclara cordi fuerūt. Te ipsam ueremur: ne uiri proposito aduerſeris: ne retentes ire uolentē: obiiciaſq; more mulierum mille pericula: amantis est ab amato non posse diuelli. cōcedimus ista coniugio: nec miramur acerbam tibi futuram uiri absentiam sic maritalis exposcit affectio: Sed maior est christi caritas. Si plus uirum q̄ deum diligis: non es deo digna. In euangelio hęc legisti. Deo nihil negare oportet. Caue: ne tui amoris causa uix a deo se iungas: odisse hoc esset nō amare. Noli esse impedimēto his: quæ diuina maiestas ordinat. Recordare: quot accepisti a deo bona: nec uelis ingrata uideri. Deus hūc tibi: quē diligis: uix dedit. Audebis ne pro paruo tempore repositi negare? Concessum in multos annos: ī paucos mēses cōcedēti nō permittes? Caue: ne cælestem maiestatem offendas: in cuius manu est uirū tuū auferre cum uelit: nihil ei negādū est: qui potest cogere. Sine ueniat cōiunx tuus: & ea faciat: quæ iubetur. Sine deleat peccata sub hoc itinere: & suæ salutis consulat. eris tu quoque meriti sui particeps: si pro seruitio dei mariti absentiam æquo animo tuleris. Propone tibi & cōiugimoriendū esse aliquando: & quod ætate prouecti ambo diu simul esse ī hoc sæculo nō potestis. Fugit uita mortalis: & quasi fumus cito euanescit. Quærenda est altera: quæ neque molestias habet: neque finem. Illic thesaurizandū est. illuc aspirandum Si uirū tuum in prouinciā sibi decretam iusseris ire: aut ire uolentē non īpediueris: & illi & tibi optime consules: ambo post hanc uitam cum Christo regnabitis: alioquin & tibi & illi timemus Hortamur igitur: ne uiri uia impedias. ne absentiam parui temporis in uita sustineas. Redibit: ne dubita: cito ad te gloriosus gaudebisq; tui & sui causa. ambo in hoc opere cælestis uitæ præmia consequimini: & qui fuistis in hoc mūdo felices: in altero eritis beati. Pius & mise

EXHORTATIO

ricors deus in animo tuo ponat: quæ suæ sunt beneplacita uoluntati. Data Romæ.

Pii Secundi: pont. Max. epistola quinquagesima prima ad cunctos christianos ut p̄ficiscant̄ secū in expeditionē contra turcos.

IVS Episcopus serus seruorum dei uniuersis & singulis christi fidelibus salutē & apostolicā benedictionē. Ezechielis p̄phetæ magni sententia ē: Venientē gladiū nisi annūciauerit speculator animarū: quæ perierint: sanguinē de manu eius requirendū fore. Quod ueriti sanctæ memoriæ prædecessores nostri Nicolaus quintus: & Callistus tertius ab eo tēpore: quo turcorū efferata rabies Constantinopolin expugnauit: uenturū ad interiora christianitatis hostilem gladium clamare non cessauerunt. Cōmone christianos principes ac populos quāto in piculo esset nostra religio, nisi occurreret̄ hostibus priusq̄ amplius inualescerent. Sua fere: ut arma sumerent, defensionē catholicæ fidei subirent. furentibus bestiis obuiam irent, nec sinerent imanem Draconē Mahumetem fideles deuorare aīas. Videbant ferocem illius aīum: occupata Constantinopoli: minime quieturū: cuius inexplebilis esset dominandi cupiditas: nec dubium quin orientali subactō impio ad occidentale aspiraret. Annunciata est in tēpore futura calamitas: sed non est credita. Non fuerunt auditæ sanctorū pastorū uoces. utiles admonitiones surda pertransiuit aure christianus populus. Hūgari tantum sub Callisto uigilantes arma sumpserunt: qui de tuēdo regno solliciti: dum suos fines obseruant: custodiunt nostros. Ex ipsiis Hungaris ac theuthonibus: & aliis uicinis non pauci quāuis magna ex parte pauperes & secundum sæculum ignobiles: in clyti uero in conspectu dei crucē domini assumpserunt: & magno in hostes spiritu p̄rexerunt: quorū potissime ausibus apud Albanigræcam: quam nostri Belgradū uocant: turcorū ingētes copiæ profligatæ fuerunt: & Mahumetes ille terribilis ac ferox turpem arripuit fugam. Nationes aliæ tanq̄ nihil ad eos turcorū facta pertinerent: in suis sedibus quietæ manserunt. Nos deinde: sicut domino placuit: quanuis indigni tanto munere Callisto successimus: qui mox in apostolatus initio Mantuanū conuentum indiximus:

AD CVNCTOS CHRISTIANOS

in quo de cōmuni utilitate cōmunibus christianorū cōsiliis agere mus:uenit in mentē:quod p̄ Esaiam scribit̄:Super montē excelsū ascende tu qui euangelizas syon, exalta in fortitudine uocem tuā: qui euāgelizas Ierusalem, exalta: noli timere, Dictum id nobis putauimus: fatiffecimus: ut arbitramur: præcepto, Affuimus in tēpo re præfinito, non sine sumptu & labore graui ostendimus fidelibus christianis uulnera sua: & quæ passi fuerant: & quæ passuri uidebant̄: nisi seip̄sos aduersus turcos defenderent, Clamauimus: quasi tuba exaltauimus uocem nostrā, audiuit oīs ecclesia: sed nō exaudiuit uerba nostra, Non fuit plus ponderis nostris: q̄ prædecessorum uocibus, frustra conati sumus, incassum abiire labores, Interea quantum creuerint turcorū uires: difficile dictu est: auditu miserū, A mari pōtico usq; ad amnem Sauum: & ab ægeo pelago usq; ad Danubium nobilissimas interiacentes prouincias suæ possessionis fecere, Transiuerunt & ipsum Danubium: Valachiaque magnam partem occupauerunt, Penetrauerunt & Sauum: atque agros hungariæ longe lateq; uastauerunt, Hoc año Bosnam inuasert: uniuersumq; regnum sibi subiecerunt & insulam Lesbos, Quāta uero crudelitate in subactis urbibus ac prouinciis usi sint horret aīus dicere, In constantinopoli græcorū Imp̄ator obtruncatus est: & caput hasta suffixum per castra delatum, Rascianis principibus eruti sunt oculi, In lesbo multitudo puberū palo transfixa, In bosna regem: qui salutem pactus sese dederat: cum patruo suo Mahumetes ipse humano sanguine insatiabilis sua manu: ut fertur: iugulauit, Quis nobiles uiros: quis sacerdotes cōmemoraue rit ad cædem raptos? Senes ac iuuenes ī plateis immanissime trucidatos? Vbiq; cruor cæsorū uisus, ubiq; morientium gemitus auditus: Nulla reuerentia matronarū: nulla uirginum, Fœdum relatu est: quantum hoc genus hoīum in libidinē sit īmersum: cui oēs abhominations gentium pseudopropheta: quē uenerant̄: indul sit, Quid de sacrosanctis ecclesiis dixerimus? Tēplum illud sã ctæ Sophiæ Iustiniani opus toto orbe memorabile Mahumeteis spurciciis re seruatum est, Reliqua sacraria aut dirupta sunt: aut polluta, altaria disiecta atq; protrita, Imagines sanctorū deletæ aut luto fœdatae, nulla saluatoris Christi: aut gloriosissimæ matris

EXHORTATIO

eius statua sine singulari probro dimissa simulacrū crucifixi per derisionem in castra delatum saxi & luto petitū & tandē ī cœno relictum. O domine deus uenerunt gentes in hæreditatem tuam. polluerunt templum sanctum tuum: posuerūt morticina seruorum tuorum escas uolatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ. Effuderunt sanguinē eorum: & non erat qui sepeliret. Quāuis nō potest ledi tua maiestas nec tua gloria minui: decet tamen seruos tuos: decet nos miseros christianos: quæ tuam ueluti in cōtumeliā fiunt: totis conatibus auertere atque ulcisci. Nō tulit Finees adulterantē zambri: sed zelo incensus domini Madianite scortum & illum interfecit. uidit Matthatias sacrificantem idolis hebræum & doluit: & contremuerunt renes eius: & accensus est furor eius secū dum iudicium legis: & insiliēs trucidauit eum super aram. Sed quæ est zelus noster? quæ cura religionis? Blasphematur sancta trinitas. conculcatur euāgeliū. sacra prorsus abiiciunt nostra. christiānū nomen funditus eradicatur: & subticemus? Nemo ē: qui pro cōmuni salute assurgat. Stat mater ecclesia dolens & gemens: & non est: qui confoletur eam. Et quid dici de nobis pōt infelicibus christianis: nisi propheticum illud? Facti sumus opprobrium uicinis nostris sub sannatio: & illusio his: qui in circuitu nostro sunt. Maiores nostri hierosolymam perdidere: & omnē Asiam ac libyam nostro tempore Græcia est amissa: & Europæ maxima pars. In angulū orbis redacta christianitas ē dei & domini nostri Ihesu Christi sepulchrū nisi sarrhaceni uelit: uidere nō possumus: quæstus causa nobis illud ostendunt. Patriarchales sedes ueneratu dignissimæ: Constantinopolitana: Antiochena: Alexādrina: & hierosolymitana iugo seruitutis oppressæ aut a Sarrhacenis occupantur: aut a turcis non sine dedecore atq; ignominia christiani nominis Romanā ecclesiam matrem omnium fidelium ac magistrā quam beati apostoli Petrus & Paulus suo martyrio dedicarūt: nunc nobis eripere Mahumetes interminatur & faciet: nisi tandē excitamur a sopno & cōatus eius studemus elidere. Væ nobis christianis p̄cipibus: uæ nobis ut qd nati sumus uidere cōtrictionē populi nostri: & cōtrictionē sacræ religiōis: uidēus fratres nostros ī manus inimicorum rapi ex diuersis excarnificari suppliciis: & nō mouemur. Videmus

AD CUNCTOS CHRISTIANOS

in dies christianorū prouincias ab infidelibus inuadi: & non angimur: sed in domo quiescimus: Quot iam regna ab euāgelio sunt aliena: Quæ gens iam non hæreditauit terram domini: & non obtinuit spolia eius: Siue orientē respicimus: siue meridiem: siue in arctō uertimus oculos: oīs ecclesiæ cōpositio ablata est. Ancillam uidemus: quæ fuit libera: & domina gentium. Ecce sancta nostra: & pulchritudo nostra: & claritas nostra magna ex pte desolata est. Coinquinauerunt eam Turci: & sarrhaceni: & aliæ foedissimæ gentes. Quid nobis adhuc uiuere: nisi cogitamus de tāta infamia surgere: ac pristinum recupare decorē? Cōmouemur uæhementer: dū talia mente uoluimus. Angimur: cruciamur. nec aīo possumus eē quieto: nisi principes christianos pro tutela sacræ religionis aduersus ipios turcos arma sumere uideamus. Pastoralis officii nostri est: quis nescit? dominici gregis curā gerere: qui eius loco successimus: cui dictum est a domino. Pasce oues meas. Oues Christi fideles populi sunt. his cōsulere nos oportet has protegere & totis cōseruare conatibus: ne lupoꝝ aut aliarū bestiarū moribus pereant. Sed quid agat infelix pastor: ubi lupoꝝ innumerabiles turmæ gregem inuadunt: iussiq; canes insurgere latrare ac defendere caulas obaudiunt ac diffugiunt hæc in præsentia conditio nostra ē. Turci tanq̃ lupi & imanes bestię ouile dominicū id est christianā plebē lacerare conant̃ & lacerant. Vocamus in auxilium principes tanq̃ custodes christianæ plebis: aures claudunt̃: nolunt audire uocem pastoris: post sua quisq; desyderia p̃git. Quid agemus. Soli ne lupos hoc est turcos aggrediemur? nō sunt uires nostræ: quæ tantā uim ferre queant. Nimum creuit turcoꝝ potentia. non pōt eorū ipium deleri: nisi christianorū magno conatu: magnisq; classibus & exercitibus. Non habet apostolica sedes unde ista conquirat: nisi christiani reges christianiq; populi opem afferant. At hoc eis hætenus suadere nō potuimus. Conuētū fecimus. legatos misimus. oīa temptauimus: quæ uisa fuerunt ad excitandos animos pro tēpore necessaria. Non profecimus. Quō nunc proficiemus? Quid ergo? Negligemus ne fidei defensionem? Minime quidem pastor bonus inquit in euangelio: Veritas animā suam dat pro ouibus suis: Mercennarius aut̃: & qui non est pastor: cuius non sunt oues

EXHORTATIO

propriæ: uidet lupū ueniētē & dimittit oues & fugit: & lupus rapit & dispergit oues. Admouemur his uerbis. qđ nam agere debeamus. extrema oīa temptanda sunt pro salute dominici gregis. In grauioribus morbis grauiora adhibent remedia medici: idē & nos facere cōuenit. Nō decet pastorē suas oues reliquere. occurrere lupis oportet: et si sit aīa pro grege ponēda. Pastor bonus imitādus est dominus noster Iesus. & optimi præceptoris uestigiis inhærendum: qđ uerbo quod docuit: ope adimpleuit. Alios hæctenus exhortati sumus defensionē fidei suscipe: atq; in bellū ire: missuri legatos & alia facturi: quæ nostræ facultates sufferre possent: māsuri pro necessitatibus ecclesiæ apud septa ouium: quæ restant nondū expugnata. Nunc maiora promitemus: & quando aliter excitare christianorū torpētia corda non ualemus: nos ipsos piculis obiectabimus: nostrūq; caput aduersus turcos offeremus ī bellum: & quātum nobis ecclesia ro. & patrimonium beati Petri ministrare poterit: tantū pro fide catholica protegenda exponemus: & profunde mus in hoc itinere. Nec soli proficiscemur in hostes: clarissimo genere natus & amabilis deo princeps Philippus Burgundiæ dux in hanc expeditionē uenturū se offert: non sine delecta militū manu & exercitu ualido potentis & clari Venetorū ducis ingens & formidanda classis superioribus mensibus in græciam nauigauit: totāq; fere Pelopōnesum ui atq; armis eripuit hosti: Isthmūq; penīsulæ: qui sex milibus passuū inter duo maria patet: undecim: ut aiunt: diebus excitatis muris ac turribus clausit: memorabile factum & inter præclara ueterum opera numerādum. Hæc eadem classis: ut promissum est nobis: non deerit. Spondent quoq; & cæteri Italiæ potentatus pro sua religione & in cōmune bonum affectione præcipua: & tam sancto digna ope auxilia: fauente nobis altissimo maritimū bellū feliciter absoluemus quoniam non sunt turci pares in pelago Venetis. Ex altera parte in terra pugnabunt hungari: genus hoīum in bello ferox: & qui iam turcos uincere didicerunt. Indytus rex gentis Matthias iam coronā & pacem in regno cōsecutus igētes poterit armare: atq; in prælium ducere copias. Hæc nobis certissima sunt belli præsidia. cum his ibimus. cū his dei prælium decertabimus. Erunt & albani nobiscū & multi p Græciam:

AD CUNCTOS CHRISTIANOS

ut speramus: & alias hosti subiectas prouincias a turcis deficientes
 castra nostra sequentur. christiani enim sunt: deserentque Mahume-
 tem. hosti parent coacti metu. qui non est diuturnus magister offi-
 cii: ut primū spes libertatis affuerit: aduersus insolentes dominos
 cornua erigēt. nec deerunt in Asia motus: ut sunt in oī gēte atque ī
 oī puīcia male pacati hoīes & nouitatū cupidi: qui tēpus expectāt.
 Non erit facile turcis tot locis occurrere. difficile defenditur: quod
 undique oppugnatur. Quod si quis innumerabiles hostium copi-
 as esse dixerit: ne putauerit in castris fidelibus parem numerum
 cogi posse. respondemus multum inter sese distare homines: & ali-
 os natura imbelles esse: alios feroces: uirtus spectanda est magis:
 quā numerus. Non est in multitudine uictoria belli: de cælo fortitu-
 do conceditur. Tam facile deo est in paucis uincere quā ī multis. No-
 stra causa dei est: pro lege dei pugnabimus. Ipse dominus conteret
 hostes ante faciem nostram. Audimus susurrare aliquos. nō desūt
 qui murmurantes aiunt. Quid ages in bello senex ægrotus sacer-
 dos? non est bellare tuum: nec potes: nec debes ferire gladio: qui
 loco eius suffectus es: cui præcepit dominus ut gladium in uagi-
 nam mitteret. Reges tuo iussu tenentur enses exere. tuū est iusta
 bella gerentibus benedicere. Fatemur: non conuenit nobis effude-
 re sanguinem: quando per alios possumus iusticiæ fideique necessi-
 tati subuenire. Quod si religio in periculo est: & absque nostro
 non potest ferro defendi. non est nobis uetitum: quod Samueli &
 Helix inuenitur fuisse permissum. Sed non est hoc propositum
 nostrum: ut gladio pugnemus in bello: Nam quo pacto strinxeri-
 mus enses: qui uix manus ad benedicendum populum possumus
 eleuare? Oratione pugnabimus: non ferro: precibus adiuuabimus
 præliantes non brachis. Erimus in alta puppi: aut in aliquo mon-
 te propinquo: dū prælium geret præliabit. & nostris benedicemus
 hostibus uero maledicemus: quemadmodum de Mose legitur in bel-
 lo Amalechitarum: quo orante uincebat Israel: cessante orare suc-
 cumbebat. Orabimus & nos sine intermissione pro bellatoribus
 nostris hoc præstare poterimus: hoc sedulo faciemus. Cor cōtritū
 & humiliatū nō despiciet dominus: Possimus & hoc ipsum domi-
 manētes facere: nec minus ualerēt preces: Sed nō est sola orationis

EXHORTATIO

cā: quæ nos propriam sedem relinquere cogit. & in bellum trahit
 ut alios excitemus. pergimus. exemplo nostro inuitare quæ plurimos
 studemus. Sequent̃ & nos uenerabiles fratres nostri sanctæ Roma
 næ ecclesiæ cardinales: quemadmodum ad hoc ipsum: qui ualidi sūt
 sponte se obtulerunt. Sequent̃ & episcopi cōplures: & alii minoris
 ordinis sacerdotes ac clerici nō oraturi tantum: uer̃ etiam pugna
 turi: cum res ipsa postulauerit. Exptas quoq; belloꝝ & robustissi
 mas militum cohortes & fortia pectora iuuenū ex agris ecclesiæ
 ducemus ad prælium: qui nobis oratione pugnantibus ferro pu
 gnent. Ibimus extenso dominicæ crucis uexillo sacratissimū Chri
 sti corpus præcedet: & sanctarū reliquiarū arcula. Saluatorē in bel
 la uadentē sequemur. ipsi cohærebimus. Ipsi preces assiduas porri
 gemus ab ipso salutem implorabimus. Miserebit̃ nostri: ut arbi
 tramur: piissimus Iesus: nec populum suum ī hostium manus ue
 nire p̃mittet: cuius pretiosissimus sanguis in ara crucis effusus a
 maligno nos hoste liberauit. Et q̃s erit christianorū tā feri: tā lapi
 dei tā ferrei pectoris: qui audiens ro. pontificē beati Petri successo
 rem domini nostri Iesu christi uicarium æternæ uitæ clauigerū pa
 trem ac magistrū uniuersorū fidelium: cū sacrosenatu cardinalium
 cleriq; multitudine in bellum pro tuenda religione proficiscentē
 libens domi remaneat. Et quam poterit excusatio quenq; iuuare?
 Senex debilis: ægrotus in expeditionē p̃ergit: & tu iuuenis sano ac
 robusto corpore domi delitesces. Sūmus sacerdos: Cardinales: Epi
 scopi: clerici prælium petunt: & tu miles: tu baro: tu comes: tu mar
 chio: tu dux: tu rex: tu impator in ædibus propriis otiaberis? Sic
 cine perueri hoīum officia patieris? ut quæ sunt regum: sacerdo
 tes agant. & quæ nobilitati conueniunt subire clerū oporteat. Ne
 cessitas ire nos urget: q̃a non possumus alio pacto pro diuinæ le
 gis defensione christianorū aīos cōmouere. Utinam & hoc modo
 cōmoueamus. Nō p̃gimus in bellū: tanq̃ nostri sit officii. sed quo
 niam aliter cōsulere fidei nō ualemus: nescimus an hoc sufficiēs
 remedium erit. Mandauit dominus beato Petro: ut titubātes fra
 tres sua conuersione firmaret dicens. Ego rogauī pro te Petre: ut
 non deficiat fides tua: & tu aliquando cōuersus confirma fratres
 tuos. Quod Petro dictum est: & nobis dictum intelligimus. Cōfir

AD CUNCTOS CHRISTIANOS

mare fratres qui titubant debemus. Confirmabimus uos fratres & filios: ut superamus: hac profectioe nostra: & ita non praeualebunt portae inferi aduersus ecclesiam dei nobis commissam. An negabitis nobis auxilia uestra: & caput uestrae patrem ac magistrum in hostes proficiscentem fideles christiani deseritis? En quanta gloria uobis erit crucem domini cum sacratissimo corpore Ihesu ipsumque romanum praesulem sine uestris praesidiis in hostem pergere. Noscite reges ac principes officium uestrum. idcirco gladium geritis: ut ecclesiam fidemque tueamini: atque ut malos & impios homines debita poena coerceatis. Et qui nam homines peiores: quam turci reperiuntur? qui fidem sanctae trinitatis abiicientes: & saluatore Christum uerum deum esse negantes abominabilem Mahumetis complexi legem in omnia scelera prolabuntur: & iam maximam orbis partem suis nefandis abusibus foedauerunt: & legem conantur euangelicam dissipare. Aduersus hos gladium dedit uobis diuina maiestas. in hos illum exercere debetis: ac diuinam ulcisci contumeliam. An non pudet tam diu tam foedam gentem tam turpiter in christianos esse crassatam. An bellum non satis iustum: non satis necessarium esse putatis aduersus nationes: quae conuenerunt disperdere uos & sancta uestra? Accingimini iam tandem: & quoniam sine nobis ire non uoluistis: ite nobiscum. Sumite arma & iutum: & uenite in auxilium nostrum. imo uero in auxilium uestrum & uniuersae reipublicae christianae. Exemplum de Philippo recipite: quem nec domesticae deliciae: quibus prouinciae suae plurimum abundant: nec suorum preces: nec itineris longitudo aut difficultas: nec senectus ipsa & proposito suscipiendi contra turcos belli usque in hac die deicere potuerunt. Neque fauente domino in futurum deiciet. Imitamini hunc nobilissimum principem. mementote professionis uestrae: quam in baptismo subuistis. Cogitate quantum deo tenemini: & quantum proximo. redite uicem pro susceptis beneficiis. estote grati altissimo: qui uos creauit ex nihilo: nec animalia bruta aut lapides: sed homines rationales esse uoluit. Et cum primi parentis culpa damnati essetis: ac mancipia facti daemonum: misit filium suum in similitudinem carnis peccati: qui morte sua mortem uestram deleret. Stupenda & inestimabilis caritas: ut seruum redimeret: filio non pepercit. Dominus

EXHORTATIO

Ihesus in cruce pro nobis inter latrones pepedit: Innocens agnus cum sceleratis deputatus est: Speciosus forma prae filiis hominum euerberatus laceratus ab impiis deformatis apparuit. A planta pedis usque ad uerticem non erat in eo sanitas: neque species: neque decorum. Sic placitum patri: qui propter peccata nostra tradidit illum: propiciatorem enim proposuit eum per fidem in sanguine suo. Iniquitates nostras ipse portauit: & liuore eius sanati sumus: qui cum inimici essemus: reconciliati sumus deo pro morte filii eius. O crudelis christiane: o ingrata: o mentis inops potes ne haec audire & non animo commoueri: non cupere pro illo mori: qui pro te mortuus est. De honore illius agit: qui te de diabolica seruitute pretiosissimo sanguine suo redemit. de christi nomine disceptatur: de fide catholica: de baptismo: de caeteris ecclesiae sacramentis: de Sacro sancto euangelio. Aduersus haec omnia turci militat. haec euertere ac prorsus delere conantur: & tu nihil contra moliris? Quid agis iners? redde te gratum deo: & cogita quoniam pacto creatori redemptorique tuo aliqua ex parte satisfacias: quoniam peccator es: redde tuas iniquitates hac tam sancta & salutifera professione: An diuitias bonitatis domini & patientiae & longanimitatis eius contemnis? an ignoras quoniam bonitas dei ad poenitentiam te adducit? Caue ne secundum duriciem tuam & impoenitens cor iram tibi thesaurizes induriciae & reuelationis iusti iudicii dei: qui reddet unicuique secundum opera eius. Conuertere: & agito poenitentiam ab omnibus iniquitatibus tuis: & non erit tibi ruina propterea expectat dominus: ut misereatur tui. proiice praeuaricationes antiquas: & fac tibi cor nouum & spiritum nouum & ueni, milita pro domino: ne morte moriaris aeterna. Cogita de proximis tuis & fratribus christianis: qui uel sunt in captiuitate turcorum dura seruitute oppressi: uel captiuari in dies atque in seruitutem rapi uerentur. Si homo es: humanitas te trahere debet: ut opem feras homini indigna ferenti. Si christianus: pietas euangelica: qua iubemur proximos tanquam nos ipsos diligere. Considera proximorum tuorum christi fidelium aerumnas: in quos turci deserviunt. Filii e complexu parentum & infantes ab uberibus matrum eripiuntur uiolantur uxores in conspectu uiorum. senes tanquam inutiles occiduntur. iuuenes tanquam boues aratro iunguntur: & terram uome

AD CUNCTOS CHRISTIANOS

re uertunt. Misere fratrū tuorū. affer opem tam dura ferentibus
Quod si nihil horum te trahit: at saltem de tua salute cogita: nec
te tutū idcirco existimes: quia mansionem fortasse procul a turcis
fortitus es. Nemo tam remotus ē: quin repiri queat. Si uicinū di
miseris in periculo: q̄ ante te proximus est igni: dimitteris: & ipse
similiter a uicino: qui retro te habitat. Tales oportet nos esse in ali
os: quales erga nos illos cupimus inuenire. Nolite auxilia gallorū
sperare: Theutones nisi & nos hungaris: nec nos galli hispanorū:
nisi theutonibus opē fertis. Qua mēsurā metieritis: eadē remette
tur & uobis. Nec p̄pterea sibi quispiam blādiat̄: quoniam princi
patu polleat aut regno. Cōstantinopolitanus īperator: & Trapezun
tius: & Rex Bosnæ & Rasciæ domini: & alii quāplures principes
capti & crudeliter occisi: quid sit expectandū edocēt Nihil tam cō
trarium Mahumeti q̄ nomen regum. Orientis adeptus Imp̄ium
ad occidentale festinat: nouā erigere Monarchiam conat̄. Vni tur
corū imp̄io: & uni Mahumeteæ legi cuncta submittere studet. Si
potestis talia ferre p̄cipes ac populi christiani: manete domi: nec
iam de subuertenda formidabili turcorū potētia cogitate. At si ser
uile iugum horretis: si contumeliam dei & proximi tollerare neq̄
tis: si pudet semiuiros Asiaticos græcorū gentē: quod nunquā an
tea fecerunt: subegisse: eoq; superbix prorupisse: ut Europā sibi to
tam breui tempore pariturā sperent. Si cor uirile uobis est: cor no
bile: cor altum: cor christianum: sequimini uestigia patris uestri: se
quimini castra nostra. uenite in auxilium fidei. uenite in auxilium
fratrum uestrorum: opponite uos murum pro domo dei. cogita
te de uestra salute: de uestra gloria. nolite permittere ut sine ue
stris auxiliis proficiscamur in turcos. Mittite subsidiarias acies. iu
uate christianum exercitum. Quanto fortiores ibimus: tanto ci
tius auxiliante domino cum uictoria reuertemur. Nec putetis in
superabiles Turcos esse. Vinci possunt: & sæpe uicti fuerunt.
Quantum ualerent arma turcorum: Belgradus ostendit. Minor
est turcorum potentia: q̄ fama feratur: Imbellem atque inermem
multitudinem ad prælium ducunt: quam tanquam pecudem gre
gem dissipare licebit: nec ipsa turcorū agmina grauioris armatu
ræ usum didicere: raras loricas rariores thoraces induunt: nec ga

EXHORTATIO

leas more nostro lucentes ostendunt: raro teguntur corpora: ferro acinace utuntur & arcu: parma se protegunt: & galeris pilosa quadam materia duraque contextis. Quod si latinas inciderint acies rigentes calibe: ferratasque hastas: & cataphractos equos: & manubalarum sagittas intelligent cum mulieribus se hactenus pugnasse nunc cum uiris esse certandum. Diximus quae nobis certa promissa sunt auxilia: & quanta spe uictoriae procedamus. Quod si uos quoque coniunxeritis: arma & auxiliares addideritis turmas: multo alacriores ibimus: nec dubium quin orientales ingressi prouincias tanto maiore ad nos concursu inueniamus dedentium se populorum: quanto ualidior fuerit noster exercitus. Si mouebimini uos christiani occidentales: & animarum uestrarum pastorem secuti fueritis: mouebuntur & multi ex Graecia atque Asia christiani: qui uere esse christi uicarium Romanum pontificem non dubitant. Iam dudum non fuit in oriente Romanus praesul: Ut primum intonuerit aduentasse latinam classem Romanum uehementem praesulem: innumerabiles turmae: non dubitamus: ad uisendum beati Petris successorem cum flatu & lachrymis sacros osculaturi pedes accurrerent: sequi & sua praemittent ei. Hac spe fratri Venerabiles fratres ac filii dilectissimi his rationibus persuasi: his consiliis moti: Venerabilibus fratribus nostris Cardinalibus hoc ipsum suadentibus corpus nostrum canicemque nostram & seniles ac debiles artus huic sanctae expeditioni consecramus: dominoque commendamus: Statuentes circa nonas Iunias quae proxime instant: Anthonam petere: atque in eius portu nauem conscendere: & cum ea classe: quam interim nostro & aliorum sumptu poterimus instruere: Adriaticum ingredi pelagus: & ulterius recto itinere aduersus hostes fidei proficisci: non dubitantes quin Philippus Burgundiae dux maritimis armatus copiis ad idem tempus praesto adsit: uenetique ualidam classem: de qua dictum est: expeditam in mari habeant: & tam ille quam isti sese nobis coniungant: sub uexillis ecclesie ac uiuifice crucis signo aduersus ipsos turcos auctore domino feliciter pugnaturi. Cruce signati autem: qui suis aut mittentium sumptibus in hac pia expeditione militaturi sunt: & nauigia aequo pretio ad traiciendum Venetiis habeant: curabimus. Ea propter uos omnes & singulos Cardiales, Patriarchas, Archiepiscopos, Epi

AD CVNCTOS CHRISTIANOS

scopos: Abbates: & cuiuscunq; conditionis uiros ecclesiasticos: religiosos: & seculares: q; de sorte domini effecti estis: Vos quoq; Imperatorem: Reges: Duces: Marchiones: Comites: Communitates: Barones: Nobiles: Milites. Ciues, & alios quoscunq; fideles, siue in urbibus cōmoremini, siue in agris per uiscera misericordiæ domini nostri Ihesu christi per passionem eius, qua uos redemit, per iudicium extremū, in quo stabitis ante tribunal eius, accepturi unus quisq; secundū opera sua: per spem uitæ æternæ, quā repromisit dominus diligentibus se obnixe monemus, requirimus, & obsecramus: ut quæ cōmode potestis ī hāc sanctā expeditionē nobis auxilia præbere: non differatis: sed in tēpore prædicto ad nos mittatis. Veniat per seipsum: qui ualidus est, & commode potest. Qui uenire non potest: mittat alium: aut alios iuxta uires suarum facultatum: si neq; alium potest mittere de bonis sibi a deo collatis: quātum secūdum conscientiā suam pōt: p̄ fideles manus in hanc expeditionem cōtribuat. Aut in cistis reponat: quæ ad hoc opus ī singulis diocesibus cōstituentur. Nec dubitet quispiam magna præmia cōsecuturos a domino: eos qui hoc tam sanctum opus: ac tam necessarium pro suis uiribus adiuuerint. Manifestum enim exploratumq; est omnibus: qui sacrosanctam religionē fidemq; orthodoxam adiuuerint: auxerint defenderint: certum esse in cælo definitum locum: in quo beati æuo sempiterno fruantur. Credendū ē semper sacris ueteribusq; sermonibus: post hanc uitam migrādū esse in alterā asserentibus: & qui pie in hoc sæculo uixerunt: legēq; domini seruauerūt, in altero uitam beatam sine fine cōsecuturos: alios uero miseram. Infallibile propheticum illud ē: quod nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: quæ p̄misit dominus diligentibus se: & quod Paulo teste: Non sunt condignæ passionēs huius seculi ad futuram gleriam: quæ reuelabitur in nobis. Iustissimus est retributor dominus: q; nec bona sine præmio: nec mala sine pœna præterit. Confidite in deo: & non confundimini. date de bonis uestris ei: qui dedit uobis: & centum accipietis pro uno: & uitam æternam possidebitis: quam ut certius cōsequi ualeant: qui nostris exhortationibus obediētes hoc sanctum opus & necessarium iuxta possibilitatem suam adiuuerūt. Nos de

EXHORTATIO

omnipotentis dei misericordia: ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi de plenitudine potestatis cælitus nobis concessæ omnibus uere pœnitentibus & confessis: qui in hanc expeditionem nobiscum uenerint: aut per hungariam . uel aliam uiam contra turcos arma protulerint. & per annum aut ad minus per sex menses . si amplius non potuerint . in bello perseuerauerint plenissimam omnium peccatorum suorum remissionem & ueniam elargimur . ita ut p̄ satisfactione delictorum & pœnæ . quæ fuerat imponenda: succedat labor itineris ac militiæ . nec sacerdos aliam pœnitentiam confitentibus iniungat . qui uenturi sunt . Volentes eos qui ut præmissum est: ad hoc sanctum opus proficiscant: omnem gratiam & indulgentiam consequi: quã nostri prædecessores proficiscentibus in subsidium terræ sanctæ & i anno Iubilæo Romã petentibus dare consueuerunt . Non dubitantes quin animæ illorum : quos ad bellum hoc proficisci bona mente contigerit: cum beatissimis sanctorum patrum & angelorum dei spiritibus post hanc uitã in cælestibus sedibus collocent: & consortes in perpetuum christi factæ æterna felicitate fruantur . Quod si forsitan anno non exacto ipsorum aliquos post iter arreptum in prosecutione tam pii: & tã sancti operis ex hac luce migrare contigerit: uolumus : & concedimus: ut tales nihilominus præfatam indulgentiam integraliter consequantur . Similiter & eos: qui commode uenire non ualentes: alium uel alios suis expensis secundum suarum uirium facultatem trãsmiserint: uice sua ad annum uel ad minus ad sex menses i hoc bello militaturos ita ut nõ solũ mittentes indulgentiam & gratiam huiusmodi consequantur sed etiam missi: & ut omnis ætas: & sexus: & cuiuscunq; professionis homines huius sanctæ indulgentiæ participes esse possint . Volumus: ut personæ quorũcũq; monasteriorum seu locorum religiosorum marium uel mulierum cuiuscunq; ordinis uel professionis existant: quæ pro singulis decem suppositis laustri sui unum bellatorẽ destiuauerit : hac eadẽ indulgentia & cgratia plenarie gaudeat: & missus ipse gaudeat . Idem concedimus & indulgemus uniuersis christi fidelibus: qui non ualentes per se singuli alium mittere: duo simul: tresue: aut quattuor: aut plures usq; ad decẽ unum miserint: q̄ uice eorum in bello pugnaturus aut

AD CUNCTOS CHRISTIANOS

aliud opus utile facturum interfuerit. Volentes ut ipse pariter gratiæ particeps fiat: si per annum aut ad minus per sex menses continuauerit: aut post iter arreptum in uia decesserit. Insuper qui cōmode uenire aut alium per se: uel cum alio: aut aliis mittere non ualens: quātum per ebdomodam cū familia sua exponere consueuit in arca in sua ciuitate uel diocesi ob hanc causam cōstituenda imposuerit: indulgētias huiusmodi pariter assequatur. Volumus autem: & apostolica auctoritate mandamus: ut quicumq; huic operi tam sancto se obligauerint: salutare signum uiuificæ crucis uestibus imprimāt: & in humeris suis illius memoriam portent: cuius passione ab æterna damnatione redempti sunt: ipsum imitantes: cui ad nostrā redemptionē eunti factus est principatus sup humerum eius: & qui nos admonens ad sectāda uestigia sua. Qui uult: inquit: uenire post me: abneget semetipsum: & tollat crucē suā: & sequat̃ me. Ne uero hæc nostra p̃fectio: & ipsū p̃fectionis tēpus fideles populos lateat: mādamus oībus & singulis p̃ totū orbē metropolitanis in uim eius: quā nobis debent obedientiæ: ut ipsi primū in ecclesiis eorū cantata missa solēni spiritus sancti: & conuocato populo has nostras litteras publicēt: & in circuitu ecclesiarū p̃cessionem faciant: deīde copias earū autēticas suffraganeis suis quācitius mittant: illos monentes: ut & hoc ipsū in suis ecclesiis cum deuotione & diligentia faciant cæteris in tāto christianæ religionis discrimine: quantum a turcis in præsentia cernitur imminere: nulli dubium esse debet: quin christiani oēs tam reges & principes: quā alii potentatus: & priuati homines ad defensionem catholicæ fidei & sanctæ legis euangelicæ iuxta possibilitatē suā cū bonis & corporibus suis de necessitate salutis uiriliter assurgere: & indefinenter assistere teneant̃. Eapropter fideles ipsos Ihesu christi cultores uniuersos & singulos cuiuscunque status & condicionis fuerint: siue pontificali: siue impatoria: uel regali præfulgeāt dignitate. Hæc serie monemus ac requirimus: & uim promissionis factæ ī sacri susceptione baptismi: & uim iuramētū præstiti cū dignitatū suarum insulas susceperunt: & per obedientiam nobis debitā eis: & eorum singulis mandamus: ut hanc sanctam expeditionem: ad quam profecturi sumus: non sine maximo corporis nostri dispen

EXHORTATIO

dio modis: quibus possint: quancelerrie adiuuare & promouere fe-
 stinent: ab illo cuius causa agitur exuberantia suscepturi præmia
 & i præfenti uita & in futura. Negligentes aut negligent: & i extre-
 mo iudicii die minime inter illos inuenientur: quibus dicturus e
 dominus. Venite benedicti patris mei: percipite regnum. Nã quo
 pacto cum Christo regaturus est: qui temporale regnũ: aut delicias
 aut uoluptates pro Christo non uult relinquere: cũ dicat ipse Chri-
 stus in euangelio. Qui diligit patrem suum & matrem suam: aut
 uxorem: aut filios plusquam me: non est me dignus. Considerate
 ista fideles christiani: & mente reuoluite diligenter: ne ignorantes
 ignoremini: & tandem poeniteat: non adiuuisse in periculo cõstitu-
 tã Ihesu christi religionem & fidem. Caueant sibi: qui tales fuerit.
 Tu uero quicũq; fueris christiane fidelis: q pro tuis facultatibus
 expeditionem contra turcos obeũdam adiuueris: benedictus esto
 in ciuitate & benedictus in agro: benedictus fructus uentris tui
 & fructus terræ tuæ: fructusq; iumetorũ tuorũ & armentorũ: & gre-
 gum: benedicta horrea tua: & benedictæ reliquiæ tuæ. Benedictus
 esto ingrediens & egrediens. Det dominus inimicos tuos qui con-
 surgunt aduersum te corruentes in conspectu tuo: & mittat domi-
 nus benedictionem sup cellaria tua: & super oĩa opa manuũ tuarũ
 & abundare te faciat oĩbus bonis: & constituat te in caput & non
 in caudã. Tibi aut qui uolens audire uerba nostra: non solũ adiu-
 uare opus sanctissimũ: ad quod anhelamus: negligis: ue & etiam uo-
 lentes impedis: aut deterres non solum nouissima illa tremenda
 examinis die coram redemptore tuo: cui oĩa dedit pater i manus
 ad sempiternum supplicium est expectanda: sed misera interim p
 oẽm uitam timenda calamitas. Iustum est enim ueri dei iudicium
 Iustæ ultiones suæ. Considerat semitas pedum tuorũ: nec falli in
 faciem põt: paratam uero bonorũ & malorũ opum gerens mercedẽ
 nec irremuneratum quod bene: nec impunitũ quod male gesseris
 esse pmitter. Fidelis aut populi sui & sanctæ ecclesiæ suæ: & legis
 suæ catholicam cãm perturbans: ubicunq; eris: inuenieris ab eo:
 & quæ diuinæ uoces inquis denunciãt: erunt tuo capiti horis om-
 nibus trepidãda: ne uidelicet maledictus sis i ciuitate: maledictus

ADCVNCTOS CHRISTIANOS

in agro: ne mittat dominus sup te exuriam: & sitim: & increpationem in omnia opera tua: ne egestate: febris: & frigore te percutiat ne sis semper calumniam sustinens & oppressus cunctis diebus: & stupens ad terrorem eorum: quæ uidebunt oculi tui: ne det tibi dominus cor pavidum & deficientes oculos & animam mærore consumptam: & ne sit uita tua quasi pendens ante te: & ne timeas nocte ac die: & non credis uitæ tuæ. Aduersus uero hanc iram domini dei tui potestas nulla tua: nomen nullum tuum: nec terrenum priuilegium poterit præualere. Sagittæ eius acutæ penetrant ad intima cordis: & carbones desolatorum animam nocentem exurunt. Vos uero infelices pyrrihatae & infelices latrones: qui uel terra uel mari diabolo militantes in christianos latrocinia exercetis: si euntes ad hanc sanctam expeditionem: si redeuntes ab ea impedire capere uel spoliare quocumque prætextu eritis ausi: uos inquam cum adiutoribus uestris: cum fautoribus ac receptoribus anathema estote & ab ecclesia christi penitus alieni. Vos quoque: qui scienter his uenditis aliquid: emitis ab his aliquid: portum aut loca eis conceditis: cum eis publice uel occulte communicatis: pariter anathema estote. In uos autem uniuersitates locorum & ciuitatum mandamus per ecclesiarum prælatos interdicti sententiam ferri. Nolentes ullum priuilegium sedis conciliorumue quencumque uerborum uim habeat: uos ab hac poena defendat etiam: si de uerbo ad uerbum inferi: uel particulatim illud exprimi & recenseri oporteret. At tu domine deus: qui nosti corda hominum: & renes eorum scrutaris: & nihil ignoras eorum quæ fiunt si bene agunt christiani principes priuatique homines: si de tuo honore solliciti sunt: si defensionem fidei non detinent: si expeditioni: quam pro tuendo euangelio præparamus: quæ præstare possunt: auxilia non denegant: adiuua eos: dirige gressus eorum: diesque multiplica: retribue mercædem pro bene factis. conserua eis regna: & principatus: patrimonia & possessiones auge: & tandem ad pingua pascua tua & diuites mensas accersito. Quod si corde indurato sua potius quam tua quærentes priuatas causas magis quam publicas curant. auariciae student: uoluptatibus ac deliciis indulgent: & nos ad tua bella uadentes nolunt associare: aut auxilio iuuare cum possint: quin potius opem ferre uolentes impediunt. aut conuertere illos domine: & sana quæ

AD DVCEM

infirmum est, aut quod noxium est: ne noceat: cohibeto. Angustias nostras aspicias pie deus de excelso sancto tuo: & nosti quia præter gloriam nois tui: & præter salutem gregis dominici nihil aliud querit uox nostra. Memento domine Iesu christe quoniam beato Petro & successoribus eius claves regni caelorum tradidisti: uolens quaecumque ligarentur ab eis in terra ligata esse in caelis: & quae soluerentur soluta. Ecce adsum beati Petri successor impar meritis auctoritate non minor indignus uicarius tuus: respice ad preces nostras: & exaudi nos de alto folio tuo, benedicito quibus ipsi benedicimus: & quibus maledicimus maledicito. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiae tuae, adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nois tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Da felicem cursum coeptis nostris. Ultio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est a turcis: introeat in conspectu tuo, audi gemitus compeditorum: & redde uicinis nostris septuplum in sinu eorum. Improbium ipsorum quod exprobrauerunt tibi: respice super populum tuum benignis oculis, fac nos ire cum prosperitate ad bellum tuum: ac reuerti felices. Da nobis uictoriam de tuis hostibus: ut tandem recuperata gratia per totam Europam dignas tibi cantemus laudes: tibi quoque perpetuo seruiamus: & omnis terra te adoret: & nomini tuo psallat in saecula saeculorum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae, Mccccxlii, xi, Kal. nouembres. Pontificatus nostri anno sexto

Pii secundi: pont. Max. epistola quinquagesima secunda ad ducem Burgundiae: ut non interponat tempus ad eundem contra Turcos

Ius episcopus seruus seruorum dei dilecto filio nobili uiro Philippo Burgundiae duci a deo dato salutem & apostolicam benedictionem. Epistolae tuae de clade uenetorum ac de dieta regum: deque dilatione tuae profectionis ad nos missae: quam uis heri & nudiustertius abunde respondimus: libet tamen hodie iterum respondere: ut in rebus agendis quae celeritatem exigunt: scias nullam interponendam esse moram. Audi erga haec pauca: & illo tuo

iudicio diuinissimo diligenter expende: ac precipito ueritatem quæ
 ut ex tuis litteris accepimus: haud quæquam syncære ad te delata est.
 Neque enim qui de Venetis in Peloponneso profligatis rumor ad
 mercatores in tuis regionibus agentes puenit: uerus extitit. Iactu
 ram fatemur aliquam obsidentes. Corinthum uenetorum copiam acce
 perunt: ubi uulneratus dux exercitus paulopost obiit. Præfectus
 classis timore quodam inani percussus tanquam infinitæ hostium turmæ
 ad se debellandum uenirent: simulque imbribus & frigore uexatus:
 moerore quem sumptu maximo & ingenti celeritate ad Isthmum erexe
 rat contradicentibus sociis & amicis: relinquere statuit: collectisque
 machinis & omnibus armamentis in classem sese recepit: & apud nea
 polim in portu nauales copias continuit. Equestris pedestresque so
 cios intra Peloponnesum per hyberna distribuit. Quod posteaque Vene
 tiis in senatu recitatum est: quamuis ignauia præfecti multifariam
 damnata sit: non tamen deposuere patres belligerendi curam: sed
 tanto acrius atque maioribus spiritibus nauandas bello operas de
 creuerunt: quanto cum maiori dedecore res pulcherrimæ coeptas
 præfectus per seueritatem & ignauiam deseruisset. Missa sunt illico
 equestrium ac pedestrium copiarum supplementa: & defuncto duci
 successus alter. Præfecti quoque classis: qui per ignorantiam & pusil
 lanimitatem absque hoste fugisset hostem: Antiquata potestas: & in
 eius locum subrogatus alius auctoritate aetate & rege experientia ma
 ior. Ursatus Iustinianus senatoria gente natus: & inter primores
 apud uenetos honoribus & opibus excellens: quem profectum recens
 armatis triremibus iam in prouinciam peruenisse: & classis impe
 rium suscepisse putamus: quam supra quadraginta triremium esse
 tradunt. Non est igitur cur uereare in tempore præscripto Venetos
 paratos esse non posse: qui iam parati sunt: & manus per singulos di
 es cum hoste conserunt: Illudque summis desideris flagitat: ut tua
 & nostra classis quamprimùm eis adiungatur: ne soli tantam belli
 molem diutius sustinere cogantur: quod esset eorum reipublicæ gra
 uissimum atque intollerabile. Post desertum Isthmum intelligen
 tes turci: qui per Boetiam & Atticam: propinquaque regiones mo
 rabantur: murum a Venetis erectum sine custode remansisse: coa
 ctis: ut aiunt: quindecim milibus militum Peloponnesum ingressi

Argos petiere: arbitantes prima incurſione munitione potiri: ſed a præſidio ueneto & hyemãtibꝯ ibi militibus præter opinio-
 nẽ turpiter & cū dãno repulſi ſunt. Quidã captos a turcis argos:
 & deinde a uenetis: q̄ arcẽ retinuiffent: recuperatos aiunt: famæ nõ
 dũ ueritas æquata eſt. Turci ab argis Neapolim petiere: ubi collo-
 catã i ſtatione claſſem diximus. cõcurſum eſt hic ſemel & iterum
 terticq; non detractãte Veneto: cū turcis prælium. Ter cõmiſſa pu-
 gna. ter turci ab oppido reiecti ſunt: iacturãq; nõ paruã tulerunt.
 Octingentis ſuarꝯ deſyderatis ex uenetis q̄ pauciſſimi ceciderunt.
 actis nõ placuit turcis plura tẽptare circa munitiões: ſed agros po-
 pulati pecora & hoĩes: quotquot inuenerũt abegere: Peninſulãq;
 relinquerunt: hæc ex litteris admirati ſui q̄ ſecundũ locũ in claſſe
 tenet: Senatus uenetus accepit: Nõ eſt igit̄ tã turpis belli facies in
 græciam chriſtianaꝯ ptium: q̄ tuis mercatoribus depicta ẽ. In pã-
 nonia uero atq; i illyricos res noſtræ multo ſupiores ſunt: Cariffi-
 mus. n. filius noſter Matthias hungariæ rex cū exercitu profectus
 in Boſnã proſtigatis hoſtibus: quicunq; obuiam dati ſunt oĩa recu-
 pauit. quæ anno ſupiori magnus ipſe Turcus inuaſerat. Proſpa-
 ſunt apud hũgaros oĩa: nullis inter ſe diſcordiis agitant̄: cum im-
 peratore reconciliati ſanctã: ut appellant: coronã ab eo uendicau-
 erunt: ſolẽnia coronationis propediem celebranda ferunt̄. Nulla p̄
 circuitũ bella timent̄: niſi turcorꝯ: Aduerſus hos nihil obſtat: quin
 proxima æſtate ualidiſſimũ cogant exercitũ: & in campũ ſplẽdidi
 ac florentes exeant. Non pua eſt hungarici regni potẽtia: quando
 unitum eſt & concors: ut in præſentia. Quod ſi audiant hungari-
 te noſq; ac uenetos i bello eſſe cõtra turcos græcaſq; oras uexare
 naſti: quod ſemp optauerũt: arripient cupide occaſionẽ: & animis
 ingẽtibꝯ ex altera pte turcos ferient: nec ſinent habere q̄etẽ.
 Eritq; dura res Mahumeti: inde terreſtres copias: hinc maritimas
 propulſare. Nec deerunt hungaris auxilia ex uicinis regionibus.
 Teutones: ut arbitramur: exhortationibus legatꝯ noſtrꝯ: quos
 ad eos miſimus: & Poloni ſocias manus iungẽt: & in tãta chriſtia-
 næ fidei neceſſitate ſubſidia nõ dẽegabũt. Ipſi uero hũgari: ut cõis-
 fert opinio: poſtea q̄ accepint ro. præſulẽ Ieſu chriſti uicarium ere-
 cta cruce cum ſacro ſenatu in turcos profectũ eſſe: nullis poterũt

edictis mi nisq; domi retineri. Cuncti signum crucis accipient:
 & armati utrunq; poterunt. hostilē terram inuadēt:difficilius pro
 hibebitur miles: q̄ cogetur: Nec Italia nostra nobis crede fili in
 tanto negotio deses erit:Plura aderūt nobis auxilia:q̄ forsitan exi
 stimes:Nō deerit in cā sua sibi dominus:Alios zelus fidei trahet:
 Alii ne fiant infames:uel inuiti sequent̄:Non scribimus ista sine
 cā:Cū te uiderint romanū applicuisse portū:mirabilis fiet accessio
 populor̄:& iam iam sese multi præparāt:qui erunt nobiscū in tē
 pore accincti:ut classē ingrediant̄. Nec classis ipsa nostra:ut in
 domino cōfidimus:contēnenda erit,neq; ultra tēpus præfixū diffe
 ret̄. Non est igit̄ fili:cur moras profectiōni tuæ adducas:tanq̄ res
 in Italia minus prouisas arbitrere, aut Venetos par̄ instructos in
 termino putes. Oīa præsto erunt:& gaudebit cor tuū:postea quā
 nobiscū fueris:& antiquū illum ueneratuq; dignum Venetiarum
 ducē cum suo senatu nobiscū uideris nauigare:& ordinē reḡ atq;
 aīor̄ promptitudinē cognoueris. Quibus admōm aduersa esset di
 latio quā postulas:nocuit,n. semp differre paratis. Quod uero de
 cōuentione regum scribis,deq; pace ppetua aut tēporanea:& auxi
 liis:quæ ineuntium concordiaē promittunt̄:q̄uis magnificimus:
 & pacem illam totis desyderamus præcordiis.non est tamen eius
 momēti:ut profectiōnē tuam aut impedire:aut retardare debeat:
 si q̄dem te remanente ad cōuentionē statutā & pacē tractante: in
 certum est an uoti cōpos fias.Nā & in cōuentu præterito:& sæpe
 alias frustra de pace tractatū est, Illud certū & exploratissimū est:
 quod te ad præstitutā diem nō ueniente murmurabunt nationes:
 fidēq; tibi & nobis abrogabunt. Hungari spem ponēt:& fortasse
 turcis:qui multa promittunt:auscultabunt. Veneti quoq; rebus
 suis cōsulent:quos turci magnis & assiduis pollicitationibus solli
 citare nō desinunt,Nollent in bello remanere soli,dicent:duo mē
 ses petunt̄: forsitā uiginti fient:si nō seruatur primus terminus:
 nec secundo locus erit. Quid præterea mēse augusto proderit ad
 uentus:prius fugiet æstas q̄ ueniat̄ ad hostes. Quid agat in hye
 me classis? totus nobis peribit annus.Hæc secū pensitantes Vene
 ti nec tibi:nec nobis credent:& quod in rem suā fuerit:cogitabūt
 nō sine piculo christianæ religionis.paucos iuenias:q̄ fidem impe

AD DVCEM

rio præferant. Non sunt tibi oēs similes: qui pp̄ religionē tuendā
 nulla coactus necessitate solo dei amore florētissimas opes: & am
 plissimū regnū dimittere decreuisti. populi & mortaliū turba ma
 ior facilius fidē: q̄ principatū relinquūt. Ideo si accepit: multitudo
 populorū statutā diem neglectā esse facile cōturbabit: nec de ulte
 riori p̄fectione sp̄e suscipiet. Deponet feruorē: qua erat accēsa ad
 obeūdā in turcos expeditionē. Deponet arma: apparatusq; oēs abii
 cient: & in te nosq; culpā referēs dānabit noīa nostra: neq; deiceps
 nobis ēt iuratis fidem præbebit. Interea turci cornua erigēt. pede
 stres equestresq; copias apparabūt. Naues instruēt: & oīa p̄ circui
 tū occupabūt. cūcta eis obediēt sine labore. sine negotio subiiciēt
 nō resistētes. Infame erit in græcia & in Asia nomē nostrū: nec re
 manebit āgulus nō hosti parēs. hæc certissima sūt detrimēta. nec
 nō euitabimus: si māseris domi ad pacē tractādā: ut incerta conse
 quaris bona: certissima patieris emergere mala. Quod nō crediūs
 tuæ mētis esse: q̄ bonus es & sapiēs. Si posses ad tractādā cōcordiā
 interesse cōuentui: & ad nos in tēpore p̄ficisci: suaderemus: ut ma
 neres: qđ cū fieri nequeat: p̄fectionē tuā remansioni præponiūs
 hortamurq; ut uenias: neq; moreris. Cū deo res agit̄. deo uouisti.
 deo tu nosq; ac Veneti expeditionē in turcos p̄misimus: tēpusq;
 præfiximus: quādo esset exeundū. nō est deo negāda fides: nec nos
 eius opinionis sumus: ut te deo nolle seruare p̄missa existimemus
 q̄ cōuenta hoīum nunq̄ fregisse diceris. Rogāt te inde frāciæ & an
 glia reges: ut ad conuentionē remaneas: de pace acturus hinc Ve
 neti: hinc ro. pontifex: hinc Iesus cuius in piculo lex posita est: ut
 uenias: & p̄missa adimpleas: hortant̄. Elige: q̄bus magis parere ue
 lis. Nos te deū hoībus prælatū nō dubitamus: bellū cū turcis: si
 nō ueneris: nō fiet: & ordinata p̄ibunt. Si nō māseris: poterit & si
 ne te tua tamen ordinatione: tuis cōsiliis: tua p̄uidētia pax regum
 tractari atq; cōcludi. Nec inutilia erunt eorū auxilia: quādocunq;
 uenerint nobis. Turcorū bello ip̄licitis times: nisi remāseris: cōcor
 diam tractaturus deficientibus mediatoribus inter reges pacē nō
 habiturā locū: neq; auxilia ide cōtrahi posse. Nos si domi destinea
 ris: neq; uenias ad præstitutā diē: cūcta: quæ in Italia & i hūgar a
 cæterisq; i locis cōtra turcos parāt̄: p̄itura timemus: manifestāq;

BVRGVNDIAE

cernimus christianæ fidei iacturá. Vtrūque malū: utrūque fugiē
dū At cū duo simul incumbūt mala: ita ut alterꝝ icurrere oporteat
prudētis hominis ē eligere: q̄ minus noceat: minusq; certū sit. Ne
mo q̄ sapiat ex duobus piculis sua spē maius certiusq; igredit̄:
In frácia & Anglia discordes reges de domīo & fortasse de gloria
cōtēdūt. In Græcia & Hungaria inter Christianos & turcos nō so
lū de Impio: uerū etiam de libertate: de uita: de fide: ac religione
certat̄. In altera cōtētionē q̄cūque uicerit: Christo seruiet: ī altera
sup̄antibus Turcis Christo renūciare & Mahumeti parere fideles
populos oportebit. p̄ibit euāgelium. & oīs nostra religio cōculcabi
tur. Quod mēte uoluēs tua nobilitas amissa pridē Cōstantinopoli
expeditionē in turcos uouit: quæ in hāc usque diē p̄ annos decem
& amplius dilata ē fatemur sine tua culpa. Verꝝ nō sine dāno chri
stianæ reipublicæ. plures enim interea p̄uincix: regnaq; nō parua
in turcorꝝ potestātē p̄uenere: & infinita christianorꝝ multitudo bel
lo capta in seruitutē Mahumetis redacta ē. Nūc si differas ulterius:
& p̄missa in tēpore negligas adimplere. nec tu culpa carebis:
q̄ minori & incerto malo prætuleris maius & certius. nec nos infamiam
euitabimus: q̄ uulgatā & omnibus populis nationibus gēti
busq; p̄missam p̄fectionē nostrā sine te p̄ficere non poterimus.
Circūspecta ē & p̄uida tua nobilitas. nihil horꝝ ignoras. p̄ te ipsum
omnia nosti. nec eges monitore. Hinc honor urget: & christianæ re
ligionis utilitas atque necessitas: ut quāprimū uenias. Inde regū
preces te retrahūt: uerꝝ nō sine piculo tui decoris & cōmuni dam
no. cū nequeas illis morē gerere: & quæ deo p̄misisti seruare. Ge
nerositas: ut arbitramur: & animi tui fortitudo ad honestiora p̄pē
sior erit. Hæc habuimus: quæ ad scripta tua responderemus. Nūc
curare tuū ē: ut opinioni: quā de tua p̄bitate atque cōstātia fideles
populi sibi p̄suaserūt: sp̄sioniq; nobis: & deo factæ nō desis. Da
tū Romæ apud Sanctū Petrū x. Kalendas Februarias. M. cccclxiii.
Pontificatus nostri Anno Sexto.

Has Pii Secundi: pont. Max. epistolas q̄d diligentissime castigatas
Antonius Zarothus impressit opera & impendio Iohannis pe
tri nouariensis. Anno domini. M. cccclxxxvii Octobris.

